D. RODERICI ORDOÑEZ PORTOCARRERO IN INCLYTO SALMANTICENSI

Gymnasio publici Iuris Ciuilis professoris in difficillimam. l. Si pater. C. de institu. & substitu. sub conditione factis,

PRO OBTINENDA LICENTIÆ LAVREA HABITA REPETITIO.

Cum Licentia.

SALMANTICÆ,
Excudebat Ioannes Ferdinandus.
M. D. LXXXVIII.

Licencia.

ON PHELIPPE por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, Islas y tierra Firme, del mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brabante, è Milan: Conde de Abspurg, de Flandes, è de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos el Licenciado don Rodrigo Ordoñez Portocarrero vezino de la ciudad de Salamanca, nos ha sido fecha relacion, diziendo que vos auiades hecho vn libro, intitulado Repeticion, en la ley, Si pater, Codice, de institutionibus, & substitutionibus. En lo qual vos auiades ocupado mucho tiempo, è puesto mucho trabajo y cuydado y era vtil y prouechoso: suplicandonos os mandassemos dar licencia para que le pudiessedes imprimir, o que sobre ello proueyessemos como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia, que la prematica por nos fecha sobre la impression de los libros dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, è nos tuuimos lo por bien, y por la presente vos damos licencia è facultad para que por esta vez podays hazer imprimir el dicho libro, que de suso se haze mencion, en estos nuestros Reynos, sin por ello incurrir en pena alguna, por el original que en el nuestro consejo se vio, que van rubricadas las planas, è firmadas al fin del, de Miguel de Ondarça çauala nuestro Escriuano de camara, de los que en el nuestro consejo residen: con que antes que se venda, lo traygays ante los del nuestro consejo, juntamente con el original, para que se vea si la dicha impression esta conforme à el, ò traygays fee, en publica forma, en como por el Corrector nombrado por nuestro mandado, se vio, è corrigio la dicha impression por el dicho original, y se imprimio conforme à el, y quedan ansi mismo impressas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que assi fueren impressos, y se os tasse el precio, porque huuieredes de vender cada volumen. So pena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica, y leyes de nuestros Reynos. Y no fagades ende al. So pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid à veynte y cinco dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y ochenta y ocho años.

El Conde de Barajas. El Licenciado don Lope de Guzman. El Licenciado Ximenez Ortiz El Licenciado Nuñez de Boorquez.

El Licenciado Iuan Gomez.

Yo Miguel de Ondarça çauala, escriuano de camara del Rey nuestro señor, la fize escreuir por su mandado con acuerdo de los del su consejo.



CLARISSIMIS IVRIS vtriusq; studiosis D. Rodericus Ordoñez Portocarrero. S.



VM primùm in hac inclyta Salmanticensi Academia (Viri & literis & nobilitate præstantissimi) magna cum omnium vestrum acclamatione incredibili applausu Ius Ciuile profiteri cœpi, nihil habui antiquius, quàm vt si vestra aliquando studia iuuare posse putarer, totis in id intenderem viribus, industriamq; meam ac diligentiam, cuius qualescunq; fructus iam pridem humanitati vestræ consecraueram, haud quaquam desiderari paterer: tum vt mihi natura insitæ propensioni satisfacerem, quæ me etiam nominis & salutis periculo agentem ad ea potissimùm elaboranda compellit, quæ studiosi in communem eorum vsum cessura sibi persuadeant: tum etiam vt singularis meæ in vos obseruantiæ publicum aliquod exhiberem testimonium, qui me benigne excipiendo, summa cum auiditate prælectiones nostras frequentando, innumerisque alijs beneficijs exornando, longè meam non habendi, sed referendi gratiam, facultatem superastis. Vos autem, qui in me hunc addictissimum, & de vestris commodis solicitum animum cognouistis, opportunam rati nostris fruendi laboribus occasionem nactos, quam proximis diebus in legem si pater. C. de institutionibus & substitutionibus. publicè habueram Repetitionem, vt in vulgus proferrem, assiduis precibus potentissimo scilicet genere imperandi, rogat vbi, qui potest iubere, efflagitare non destitistis. Cæterùm ne plena illa vti potestate videremini, quam in me meisque habetis omnibus, adijciebatis id è re vestra maximè futurum: eo quòd cum breuissimo hisce disputationibus præfixo spatio fuissemus intercepti, nec ad explicationem difficillimæ legis, filius à patre. ff. de liberis & posthumis, nec ad celebrem illam

quæstionem quæ hoc loco suborta est ex decisione legis, quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamento, peruenire licuit. Quorum vos tractationem valde desiderabatis: extant enim inuoluta adeo quorundam commentaria, vt si quid in ijs fortè est, quod ad verum illius textus intellectumhuiusq; quęstionis exactam .diffinitionem conducat, hoc sit ita verbosis opinionum ambagibus obrutum, vt vix inde aliquid possit erui, vel si aliquid possit, maior sit dubio procul in eo à cęteris intellectibus & quęstionibus nullo ordine dispositis secernendo insumēda opera, quàm percipienda vtilitas: aliorum verò, qui in contrarium deflectunt vitium, ita sunt arcti parcissimiq; commentarij, festiuas planè quasdam annectentes interpretatiunculas, vt non mediocrem mihi inijciant suspicionem, illos abstrusa legum sensa recludere, altioribusq́; ac difficilioribus implicari refugientes, id interpretandi genus aggressos fuisse: quòq; ad se iuuenum laboris abhorrentia ingenia allicerent, & eorum qui admiranda illa rerum nouitate, fastuoso Accursianorum despectu mirum in modum capiūtur, gratiam sibi conciliarent. Quamuis autem ego principio editionem detrectare instituissem, ex qua mihi nec laudis nec æstimationis quidquam comparari posse animaduertebam, idq; me citius consecuturum, vt crabronum irritarem aculeos, & præstarem calumniatoribus in quod liuidos exercerent morsus, namq; vix est vllus, qui ægrè non ferat, tyronem quemuis & non satis expertū ad hoc scribendi genus accedere: sunt enim rarissimi, nec ipse vllo modo in eorum numero habendus, qui ætatis stabilimentum prudenter faciendi celeritate præcurrerunt, qualem (vt recentiores omittam Iurisconsultos) Neruam filium apud Vlpianum fuisse legimus, & Celsum qui semper adolescens nuncupatus est, Papinianum itē qui cum iniustissimo Antonini Caracallæ decreto iuuenis admodū huic Ciuili disciplinæ fuisset ereptus, varia nobis eruditionis suæ reliquit monumenta: merito igitur mihi Ouidianum illud objiciēdum, Tu nimium properas, & adhuc tua messis in herba est: deinde etiam quia pleraq; ex ijs quę me in Repetitionis progressu haud explicaturum compertum habebam, illimata erant & informia, quæ vos recognoscere, aut sub incudem (quod dici solet) reuocare non permittebatis: iussa nihilominus vestra non capessere iniquissimum esse duxi, nihilq́; dubitandum autore bono censui. Fruimini itaq; nobilissimi adolescentes nostris his laboribus, qui ab inuidorum calumnijs tuti prodeunt, vestro protecti patrocinio, meamq́; erga vos beneuolentiam maiora aliquando daturam, qualia & ætas nostra & indefessus labor iubent sperare, boni consulite. Valete & legite fœlices.



D. RODERICVS ORDONIVS PORTOcarrero in florentissima Salmanticensi Academia legum professor, Ad. l. si pater. C. de institut. & substitutio. sub condit. factis.



Imperator Alexand. AEmilio lex. 4.

SI pater filium, quem in potestate habebat, sub conditione quæ in ipsius potestate non erat, hæredem scripsit: nec in defectum eius exhæredauit, iure testatus non videtur. Cum autem trans mare, & longe te agentem, sub hac conditione hæredem scriptum esse dicas, si in patriam quæ in prouincia Mauritaniæ erat, regressus fuisses, nec exhæredatum te alleges, si in eum locum non redisses manifestum est multis casibus non voluntarijs, sed fortuitis euenire potuisse, vt eam implere non posses, & ideo adire hæreditatem non prohiberis.

SVMMA RERVM CAPITA Ex. l. si pater.

1 *Quæ sit conditio potestatiua magis facti quam iuris quæstio est & de conditione potestatiua in genere traduntur nonnulla.*

2 *Qualiter accipiendum quod dicitur apud Vlpianum esse ad generalem diffinitionem recurrendũ & quid de ea re Accurs. senserit.*

3 *Raphael. Cuma. ab Accurs. dissensio notatur.*

4 *Probabilis inter has contrarias opiniones obseruatur conciliatio.*

5 *Conditio, si Alexandriam ierit, filij qui prope eum locum non agebat institutioni adiecta testamentum vitiat.*

6 *Accursij interpretatio ad. l. fi. ff. de condit. instit. vindicatur pro virili a Barberani calumnijs.*

7 *Intellectus. l. suus quoq;. §. puto. ff. de hæredib. instituend.*

8 *Quæ dicatur conditio potestatiua in materia nostræ.l. & vbi de filij in potestate institutione tractatur.*

9 *Bartoli doctrina in.l.fin.de condit.instit.latè declaratur, & de conditione, si filius ingressus fuerit religionem.*

10 *Vix posse dici conditionem aliquam difficilem potestatiuam cum hoc nomen difficili, nõ conueniat, contra Doctores.*

11 *Ratio, ob quam filius potest sub dandi conditione institui, inquiritur, & eam mixtam esse traditur ex magis communi opinione.*

12 *Conditionem potestatiuam casu deficientem, haberi pro impleta contra Dominũ Franc. Sarm.districtè asseritur.*

13 *De intellectu.l. quæ sub conditione. §. quoties.ff.de condit. instit. & an ibi iurisiurandi conditione remissa modalis maneat dispositio, an conditionalis.*

14 *Socini refertur interpretatio ad.l. cum ita.ff. de condit. & demonstra.*

15 *Bartoli & Cini in.l.1.supra hoc tit.doctrina declaratur, quæ malè à contrariæ partis authoribus adducta ostenditur.*

16 *Ciuitatem Romanam recusare nulli licere, idq; non esse tribuendum Iustinianeæ constitutioni.l.fin.§.fin vero.C.de testam. manumissio.contra Iasonem.*

17 *Confutatur Socini intellectus ad dict. l. cum ita.*

18 *Dandi conditio facilis est, vnde filij institutioni apponi potest.*

19 *Bartoli doctrina in.l.in testamento la segunda.ff.de condit.& demonst.explicatur.*

20 *Vera traditur interpretatio dict. l. cum ita. & quod potestatiua conditio duobus modis accipiatur.*

21 *Solida & vera assignatur ratio, ob quam potestatiua conditione casu deficiente effectum habet dispositio.*

22 *An quod fauore libertatis in dict. l. cum ita. receptum est ad dandi conditionem filij institutione adscriptam trahendum sit.*

23 *Casus ad quem fit extensio, non debet maioris esse fauoris, quam casus extensus.*

24 *De intellectu.l. cum hæres. 4. in princ. ff.de statu liberis.contra Accursium.*

25 *Conditionis libertati & conditionis filio adiectæ quoad implementum planissima monstratur differentia.*

26 *Filium in potestate non posse institui sub conditione, si contraxerit matrimonium, & quod ea difficilis sit contra Cuman.*

27 *De eadem re contra Albert.Barber.*

28 *Agitur de intellectu.l. si quis hæredem. infra hoc tit. & reijciuntur antiquiorum interpretationes.*

29 *Olim filiam impunè præteriri potuisse.*

30 *Intellectus.l.certũ.§.filia.ff.de iniusto rupto.*

31 *Filium inter ipsam emancipationem agnasci.*

32 *Diuersa fuit iuris antiqui obseruatio inter filium ac filiam cæterosq; liberos in emancipatione, cum hi vna, ille tribus emancipationibus exeat de potestate.*

33 *Emanuelis Costæ explicatio ad dict. l. si quis hæredem, vt parũ tuta non omnino probatur.*

34 *Mentio honorifica Doctoris Antonij de Solis præceptoris venerandi, & eius declarationes ad.l.si quis hæredem.*

35 *Conditio potestatiua, quo ad multas iuris partes pro pura habetur contra Accursium.*

36 *Filius, qui non implet conditionem potestatiuam, videtur nolle hæreditatem.*

37 *Conditio potestatiua, quæ vltimo vitæ momento impleri nequit filij institutioni rectè adscribitur.*

38 *Emancipatus potest institui sub quacunq; conditione, & quæ sit eius rei ratio.*

39 *Bonorum possessio secundum tab.quæ pendente conditione conceditur emancipato, ei ius tribuit.*

40 *Bonorum possessionem secundum tabul. deficiente conditione non conuerti in contra tab. sed magis iure quodam retentionis, & ex benignitate emancipatum à Prætore tuendum, contra Doctores.*

41 *Quæ sit natura aduersatiuæ dictionis, autem, cum Baldo & alijs.*

42 *Discutitur intellectus versic.fin.§.existimo l.si libertus cõditione. ff.de bonis libertorum.*

43 *Iasonis ad eum tex. explicatio, quæ à Decio improbatur.*

44 *Circa interpretationem.d.§.existimo.contra Ias.& Decium non vulgaria pleraq;.*

45 Defen-

45 *Defenditur communis allegatio. §. existimo, ab impugnatione Iasonis.*

46 *Præteritio, quæ filij culpa contingit, patri non debet imputari.*

47 *Hæres institutus licèt potestatiuam conditionem non teneatur, quam primum potuerit implere contra Socin. non tamen debet se in id tempus arctare, quo ipsam non posit implere.*

48 *Si potestatiua conditio, sub qua filius institutus est absq; eius culpa deficiat, testamentum non vitiatur contra Barberan.*

49 *Bartoli doctrina in.l. suus quoq; nume.7. de hæred.instit. elucidatur, quam Iason non fuit assecutus.*

50 *Accursij traditio in eadem.l. suus quoq;. explicatur, quam non intellexit Barberan.*

51 *Potestatiua conditio non habetur pro impleta, vbi casus contingit in persona eius, qui debebat conditioni parere.*

52 *De explicatione.l.prim.æ.§.qui sub conditione.ff.si quis omissa causa testam.*

53 *Costæ ad eum tex. intellectus vt insufficiens non admittitur.*

54 *Vera illius text. interpretatio constituitur, & ostenditur non probari ibi quod putabat Barberan.*

55 *Latè contenditur contra Barberan. conditionem potestatiuam etiam vbi hæres institutus maiorem abintestato consecuturus erat vtilitatem, haberi pro impleta.*

56 *Vtrùm filius posit institui sub conditione potestatiua in non faciendo concepta.*

57 *De intellectu. l. libertas. §. 1. ff. de manumiss. testam.*

58 *Conditio, si non fecerit ex coacta iuris ratione exauditur in libertate, id est, si cum primum potuerit non fecerit.*

59 *Non vulgaribus nec inelegantibus ostenditur argumentis, non faciendi conditionem filij institutioni adiectam, tanquam difficilem testamentum vitiare.*

60 *Exhæredationem purè esse concipiendam, & an ea inutilis sit conditione, quæ eius executioni inerat, expressa.*

61 *De interpretatione.l.3.§. filius inter medias. versic. quemadmodum.ff.de lib. & posthum. & .l.3.cum simil.de leg.1.*

62 *Accursij & Bartoli communis refertur interpretatio.*

63 *Lex.muto.§.si sub conditione. ff. de tutelis, contra communem expenditur.*

64 *Bartoli responsio ad eundem. §. si sub conditione refutatur.*

65 *Alia Ioannis Imolens. consideratio circa eundem tex. reijcitur.*

66 *Raphaelis Cumani argumentum quoddam cõtra communem adducitur.*

67 *Exploditur inueteratus nostratum error existimantium dominium rei legatæ à morte testatoris in legatarium transire.*

68 *Verus sensus obseruatur.l. a Titio.ff. de furtis.*

69 *Secundus intellectus Raphael. Cuman. distinguentis inter verba dispositiua & verba executiua, improbatur.*

70 *L.3. de legat.1. etiam procedit vbi per verbum dandi testator cauit contra Cuman.*

71 *Tertius intellectus Socini cõfutatur, & quod scriptum hæredem adire hæreditatem non respicit exhæredationis substantiam, sed executionem.*

72 *De intellectu.l.qui liberis. ff. de vulg. latè cõtra Socinum.*

73 *Quartus Iasonis intellect. impugnatur.*

74 *Noua huius difficultatis conciliatio traditur.*

75 *Conditio, quæ inest executioni expressa in exhæredatione, quia non aliter expressa intelligitur, quàm inerat non suspendit eius originẽ, contra Doctores.*

76 *Conditionem, si quis hæres extiterit, non aliter inesse exhæredationi, quàm legatis, contra Doctores.*

77 *Exhæredationem illam, si quis hæres extiterit, filius exhæres esto, validam esse ex bene fundata iuris prudentia aduersus omnes qui hactenus scripserunt defenditur.*

78 *Pomponij responsum in.l. si quis Semproniũ. versic. finali. ff. de hæred. instit. nouè extricatur, & pro noua opinione elegãter expeditur.*

99 *Exhæredatio illa, quisquis mihi hæres erit, filius exhæres. esto, non ideo est vitiosa, quia cõditionalis sed quia impossibilitatem importat, & explicata ratio Iurisconf. in versic. quemadmodum, §. filius inter medias.*

126 De

INCIPIT REPETITIO.



ARTOLVS exorditur dicens, hanc esse legẽ difficilem.in qua qui plus ſcit plus dubitat. Eamq; varijs alijs nominibus commendant Iaſ. Riminaldus , & Barberanus in principio,qui teſtantur legem hãc continere materiam ſubtilẽ multum atq; difficilem, & de ſummis apicibus iuris.

1 Sed pro eius explicatione præfari oportet. Quæ ſit conditio poteſtatiua,vix poſſe certa aliqua regula comprehẽdi ; id enim magis eſſe facti quam iuris conſtat, & Vlpia.docet in.l. ſuus quoq;.§.1.ff. de hæredib.inſtituẽd. qui ſic ſcripſit. (Puto recte generaliter diffiniri, vtrum in poteſtate fuerit conditio an non fuerit,facti potius eſſe,poteſt enim , & hæc ſi Alexandriam peruenerit nõ eſſe in arbitrio propter hyemis conditionem: poteſt & eſſe ſi ei qui à primo milliario Alexandrię agit,fuit impoſita: poteſt & hæc ſi decem Titio dederit eſſe in difficili ſi Titius peregrinetur lõginquo itinere,propter quæ ad generalem diffinitionem recurrãdum eſt.) Quod ferè in omni iuris parte contingit,vt non ſit tam facile in vniuerſum diffinire quam per ſingula ex genere æſtimare. l. quod dicitur. ff. de impenſis in rebus dotal.fact.

2 Cæterum quod Vlpianus dicit eſſe ad generalem diffinitionem recurrendum , Accurſius in eod. §. puto. ſcholio vltimo. ſic cenſet interpretandum, vt ſcilicet ad iudicandum ſit , ne hæc conditio poteſtatiua an nõ ſit id inſpiciamus, quod generalius eſt hoc eſt frequẽtius ſolet accidere,nec ea,quæ raro eueniunt aut ferè nunquam conſideremus. Poterit enim & hæc conditio ſi de ſcholis exierit caſu impediri , nec ob id minus poteſtatiua exiſtimabitur:nam ex his quæ fortuito aliquo caſu accidere poſſunt iura non conſtituuntur, & quæ ſemel aut bis accidunt prætereunt legiſlatores. l. ex his.cum ſequentibus. ff. de legibus. eamq; Accurſij traditionẽ Bartolus, & Imola. ibidem probant,tradit Azon in Summa huius tituli nu.3. & idem videtur ſenſiſſe glo. in dict.l. ſuus quoque.in princ. verbo ſubmotũ Bart. conſil. 13. incip. ex facto propoſito nu.1.ad fin.Imola in.l.fin.nume.9. de condit.inſtitu.Aretin.in hac.l.ſi pater.poſt princ.

3 Verum ea gloſſæ ſententia Raphaeli Cumano inibi nu.2. diſplicuit ex eo quod conditio non eſt conſideranda in genere prout glo. declaratio præſupponere videtur, ſed potius in ſpecie & indiuiduo, vt ex exemplis ab Vlp. adductis in d.§.

d. §.puto. apertè colligitur:ex quibus patet conditionem quæ vtplurimum reputatur facillima,qualis eſt illa,ſi decem Titio dederit poſſe in ſingulari caſu difficultatem continere:veluti ſi Titius,in cuius perſona conditioni parendum erat,peregrinetur longinquo itinere:tūc enim non dicetur eſſe in arbitrio implere debentis ea cōditio,prout frequentius eſſe ſolet,ſed propter caſum in ſingulari hac ſpecie contingentem difficilibus adnumerabitur.

4 Mihi vtraque opinio ſtare poſſe videtur:inter quas probabilis eſt concordia,quam Albertus Barberan. tradidit in huius legis Repetitione nu.203. vt videlicet ad conſtituendum quæ dicatur conditio poteſtatiua conſideranda ſit conditio ſecundum circunſtantias in teſtamento expreſſas: quòd ſi ſecūdum eas habito reſpectu ad communiter accidentia facilis conditio appareat talis reputabitur etiam ſi ex accidenti difficilis reddatur ex poſt facto,itaq; ſi conditio quæ frequentius in poteſtate eſſe ſolebat fuit per caſum difficilis à principio vt illa, ſi decem dederit,quādo ille cui dandū eſt longè agebat vel ea quæ difficilis eſt èconuerſò facilis reddita fuerit,conditionem in ſpecie conſiderandam nec ſecundum ea quæ frequentius contingebant interpretationem faciendā Raphael Cumia.rectè ſcripſit ſi tamē ab initio quantum ex his,quæ ferè ſemper accidunt conijcere licet facilis conditio videatur talis æſtimabitur, quia non ſunt aduentitij caſus expectādi.Et ità veriſsime Accurſ. præcepit,cui fauet.l. ſi eius pupilli. 64.§.1.ibi, cui pareri ſolet. ff. ad Trebellia.

5 Vnde ex his, quæ nos hactenus de cōditione poteſtatiua diſſeruimus,infertur rectè ſenſiſſe Accurſium in.l.fin.verbo, Alexandriam. ff. de cond. inſti. vbi conditionem illam, ſi Alexandriam ierit, filij in poteſtate exiſtentis inſtitutioni adſcriptam,admonet neceſſariò accipiendam de filio,qui propè Alexandriam agebat, ne alioquin nullius momenti teſtamentū eſſet, in quo ſuus hęres filius ſub cōditione,quę non eſt in eius poteſtate,inſtitutus deprehenderetur, iuxta noſtræ legis deciſionem: quæ ſententia recepta eſt vt aſſerit Barberan. hic nu. 196.qui tamen eam conditionem regulariter eſſe poteſtatiuam, niſi ex caſu cenſeatur non eſſe in poteſtate,ac proinde filium poſſe ſub illa iure inſtitui, falſò eſt arbitratus. Et aduerſus gloſ.prædictam ſententiam, in primis expendit textum in dict. l. ſuus quoque.§. puto, vbi Vlpia. tum demum hanc cōditionem, ſi Alexandriam peruenerit, difficilem eſſe exiſtimat,cum hyeme eūdū eſt. Vnde videtur innuere aliâs facilem iudicandam huiuſmodi conditionem, quæ hoc ſolo nomine difficultatem cōtinere poterat. Non ergo videtur neceſſaria

Accursij expositio, vt filij sub ea conditione concepta institutio sustineatur. Deinde suam opinionē adstrui, Accurs. verò intellectum manifestè conuinci putat ex Papiniani Responso in dict. l.fi. de cōd. insti.ibi, isq; Romæ decesserit: quæ verba indicant filium non parum ab Alexandria distare, & tamen ratum esse testamentum, quo is sub cōditione, si Alexandriā peruene-
6 rit, institutus proponebatur. Sed tamen parum vrgent Barberani argumenta, nec valent me ab Accurs. sententia dimouere. Nam primum quòd ipse cōficiebat de text. in dict. l. suus quoq;. §. puto, facilè dilui poterit, si aduertas eam esse mentem Iurisconsulti ibi, quòd licet filius sit propè Alexand. si tamē conditio tempore hyemis implenda est, reputabitur difficilis, nisi
7 vno tantum milliario ab eo loco distet. Sicq; is tex. rectè perpensus potius pro Accursio facit, cùm ibi ratio constituatur, ob quam filius, nisi adeo propè Alexandriam ageret, sub ea conditione non ritè institueretur: posset enim ei obstare hyemis conditio, quo minus pareret conditioni; quæ, si is vno tantum milliario distet ab Alexandria, parum poterit officere, vt ibidem Vlpia. exprimit. Rursus non debuerunt Barber. mouere illa verba dictæ legis fin. isq; Romæ decesserit, quippe ille text. intelligendus est, quando filius tempore appositæ cōditionis erat propè Alexand. licèt posteà ante impletam conditionē Romam migrauerit, vt bene aduertit Raphael Cuman. ibi nu.2. quidquid ineptè contra hunc verissimū intellectum pugnet Barberan. vbi supra.

8 Planè quod attinet ad nostræ legis interpretationē, & aliorum iurium, in quibus de filij in potestate institutione tractatur, potestatiuæ conditionis, sub qua duntaxat suū hæredem filium institui posse docemur, longè aliter accipiendam appellationem, quàm vulgò soleat, verissimum semper existimaui. Quippè in hac materia pro conditione potestatiua accipitur etiam illa, quæ de sui forma est mixta, dū modò facilè impleri possit. Vnde non consideratur, an conditio sit potestatiua, an mixta, prout doctores has conditiones distingūt: sed potius, an sit in filij potestate, necne. Imò ferè semper ità Cæsares, & Iurisconsulti loquuntur, conditio, quæ est in potestate, quæ appellatio etiam ei, quam mixtam docto. vocant, dum modo facilis sit, rectè cōuenit. Filium itaq; sub mixta conditione facili iure institui eleganter docuit Raphael Cuman. in. l. fi. nu.3. de conditio. insti. & post eum Franciscus Aretinus hic circa medium, & qui eos non refert Barbera. nu.186. & hoc ipsum tentarunt Bald. nu.17. Paulus Castrens.7. Decius num.12. in. l.1. suprà hoc tit. Et hinc fit, quòd cùm tantùm inspiciatur facilitas, eaq; perinde sit considera-

9 ſiderabilis in poteſtatiua, ac in mixta iura hæc, quæ de filij institutione agunt, non procedent in poteſtatiua difficili; & ita poſt Dynum Bart. ſcripſit in dict.l.fin.num.vlti. vbi Angelus nu.1.de cond.inſt. Sed exemplum, quod ibi cõſtituit Bar. in conditione, ſi filius ingreſſus fuerit religionem, quam poteſtatiuã difficilem tamen dixit, ità intelligendum eſt ſi certam religionem non expreſsit teſtator: aliâs enim ea conditio non erit poteſtatiua, ſed mixta, cùm non pendeat ex ſola ingredi volentis poteſtate, argumento legis. ſi Titius ſtatuas. ſecũdùm veriorem Chriſtophori Caſtellionei. & Raphael. Cuma. interpretationem. ff. de condi. & demõſtra. Et ſic eo caſu, quo certa eſt expreſſa religio, eam conditionem mixtam eſſe docuit Paul. Caſtren. in.l.commodiſsimè nu. 3. circa medi. ff. de liber. & poſthum. quemadmodum & illa, ſi nupſerit, ſolet certa perſona demonſtrata mixta reputari.l.1.&.2.ſuprà hoc tit. Quòd ſi nulla deſignetur religio vel perſona, poteſtatiuæ cenſentur huiuſmodi conditiones; non tamen poſſunt filij in poteſtate inſtitutioni adſcribi, vt Bart. & ſuprà adducti

10 agnoſcunt. Ego, vix poſſe dici conditionem poteſtatiuam, quę difficilis ſit, ſemper cenſui. Sed, vt minus quàm fieri poſsit, à præſcriptis opinionibus diſcedamus, appellemus cum Doct. poteſtatiuam omnem conditionem, quæ pendet à ſola implere debentis voluntate, etiam ſi difficilis ſit, qualis eſt illa, quæ vitæ mutationem continet: vbi tamẽ de filij inſtitutione ſermo inciderit non dicetur eſſe in poteſtate ea cõditio, quod & ipſi Doctor. perſpexerunt.

11 Ex his ergo veriſsimis traditionibus intelligendum eſt, qua ratione filius in poteſtate ſub dandi conditione inſtitui poſsit, vt docet Papinia. in.l.fin. de condit. inſt. probat l.apud Iulianum. ff. de hæredib. inſtit. cum alijs. Quod difficile iuris noſtri interpretibus meritò videri debuit: nam eam conditionẽ mixtam eſſe docuit Accurſ. in.l.1. in fine gloſſæ magnæ. ſuprà hoc tit. & in.l. in teſtamento la ſegunda. verbo, conditione. verſiculo, refert vtrum. de condit. & demonſtr. ſequuntur Bald. num.17. Caſtrenſ.7. Corneus nu.3. in fine in dict.l.1. vbi dicit, receptum Iaſ. columna penultima. ſub nu.9. Decius nu.12. probant Bart. & Imola in dict.l. in teſtamento. idem Bart. num.2. Bald. 6. Corneus. 2. in.l.fin. C. de condit. inſertis. Bartholomæus Socinus, conſil.44. num.6. lib.1. Guilielmus Benedictus in Capit. Raynutius.1. parte, verbo, reliquit, nu.23. extra de teſtamentis. Barberan. hic ex nume.182. Pro qua ſententia primò facit, quia ea conditio non pendet ex ſola volũtate implere debentis, nec poteſt abſq; accipientis facto explicari, qui potuit non accipere argumento legis hoc iure.19. §. non poteſt

test. de donationi. & in specie, de qua loquimur probat tex. in. l. 3. de condit. institu. Si ita hæres institutus sim (inquit Paulus) si decem dederim, & is cui dare iussus sum, nolit accipere, pro impleta conditio habebitur. Sanè conditio, quæ pendet ex duorum facto, implere, scilicet, debentis, & tertij mixta dicitur: quid enim si ille, cui dandum est nolit accipere? dices ne id in tua fuisse potestate? Deinde hoc vel coacta ratione ostenditur. Nam iuris est explorati, quòd, si conditio potestatiua per casum contingentem in persona illius, cum quo debebat conditioni pareri, deficiat, non facit deficere relictum, sed habetur pro impleta. l. quæ sub conditione. §. quoties. de conditio. instit. l. turpia legata. §. sed & si serui. de legatis. 1. quod secus est in mixtis. l. legatum. C. de conditio. insert. l. in testamento, 31. ff. de condit. & demonstra. Cæterum conditionem dandi, quæ propter casum verè defecit, non haberi pro impleta Hermogenes respõdit in. l. cum ità datur. 93 ff. de condit. & demonst. Cũ ità (inquit) datur libertas, si Titio, qui non est hæres, decem dederit, certa persona demõstratur: ac proinde in persona eius tantum conditio impleri potest. Sanè si cum cesserit dies pecuniam conditione cõprehensam statu liber habuerit, iure constituto nulli dando consequetur libertatẽ diuersa causa est legatarij, in cuius persona placuit conditionem deficere, si antequàm dederit legatarius pecuniam Titius moriatur. Idem probat. l. si peculium. §. is cui. l. Stichum. §. si Stichus Titio. ff. de statu liberis. & apertius. l. penultima. de conditio. & demonstratio. vbi Titium, cui sub conditione, si Sumphoro, & Genuario centum præstiterit, fundus legatus erat, altero mortuo dimidiam fundi partem consecuturum, & benigna interpretatione receptum, ne totum legatum periret, Pomponius testatur. Dandi igitur conditio, mixtæ naturam fortitur.

Contrariam tamen sententiam, imò hanc conditionem illi, qui decem dandi facultatem habet, adiectam esse potestatiuam, tenuit Accurs. in. l. si filius hæres. scholio. 1. ff. de liber. & posthum. & l. is qui hæres. 13. verbo, arbitrium. in. l. sed si de sua 34. §. 1. verbo, sub conditione. ff. de adquirẽd. hereditate. Imola in. l. fi. num. 9. de condit. institut. strenuè defendit Socinus in. l. 2. nume. 5. de condit. & demonstra. & deniq; in hanc sententiam magis inclinat Dominus Frãciscus Sarmiẽto lib. 2. Selectarum interpretationum cap. 2. nu. 11. Pro qua sententia in primis vrget efficacissimum illud argumentum: Nam filius sub hac conditione, si decem dederit, rectè instituitur, vt superius probauimus, quem tamen sub potestatiua tantum conditione institui posse constat. l. suus quoq;. l. iam dubitari

tari.ff.de hæred.institu. quòd si sub mixta eum pater hæredem scribat, nec in defectum exhæredet, iure testatus non videbitur, vt probat tex. noster: apparet ergo conditionem dandi esse potestatiuam. Præterea inducit pro hac parte Socinus tex. in dict.l.suus quoq;.§.puto.vbi Vlpianus reputat difficilem huiusmodi conditionem, si Titius cui dandum erat peregrinetur loginquo itinere: & tamen non erit tunc hęc conditio casualis, sed mixta, quia partim pendet ab arbitrio implere debentis. Si igitur quando decem danda sunt præsenti, differt ab illa, consequitur à sufficienti partium enumeratione ducto argumento, eam non esse mixtam, sed potestatiuam. Rursus Vlpia. in. l. 2. ff. de conditio. & demonstrat. eiusdem rationis existimat conditionẽ hanc si decem dederit, & illam, si Capitolium ascenderit: & idem voluit Martianus in. l. si cui pure. 31. §. si sub conditione, iuncta interpretatione glo. primæ, ibi. ff. ad Trebell. at conditionem illam, si Capitoliũ ascenderit, potestatiuam esse nemo est qui nesciat, & probant. l. sed & si in conditione. 6. de hæredibus institu. l. hæc conditio. 29. de conditio. & demonstrat. ergo & huic similis conditio dandi eiusdem generis debet iudicari.

Qua sententia retenta solet ad ea, quæ in superioris confirmationem adduximus responderi. Ad primum, non esse verum simpliciter, quòd omnis conditio, quæ dependet à voluntate & facto tertij, dicatur mixta: sufficit enim adhoc vt dicatur potestatiua saltim non esse verosimile illum recusaturũ; quam doctrinam constituit Cinus in. l. 1. in princ. & post eum Bart. secunda oppositione, suprà hoc titulo. Vnde non meritò ex eo mixta dicetur dandi conditio, quòd potest is, cui dandum est, nolle recipere: quia non est is casus talis, qui legibus soleat spectari. Adeò vt insignis Doct. Paul. de Castro in dict. l. 2. nu. 2. de conditio. & demonst. hoc argumento superatus, nihil aliud potuerit dicere, quàm, quòd quantumcunque sit mixta dandi conditio, ex hoc accedit ad naturam potestatiuæ quòd non est verosimile, illum, cui dandum est, sibi oblatam pecuniam recusaturum.

12 Postremum tamen argumentũ, quod deducebatur ex dict. l. cum ità vbi hæc conditio dandi si per casum deficiat, non habetur pro impleta, quod secus in potestatiuis cõtingit, tantum exhibet negotij huius opinionis assertoribus, vt eius mole contortus Dominus Franciscus Sarmiento dicto lib. 2. Select. cap. 2. aduersus benè constitutam iuris rationem coactus fuerit affirmare, idem esse in omni potestatiua, vt si per casum deficiat dispositio, non habeat effectum. Sed non debuit vir doctus in apertissima iurisconsultorum responsa, & quæ non possunt absque cauillo euadi

pro

prorumpere. Nam, licèt vulgaris allegatio dict.legis, quæ sub condi
13 tione.§.quoties.potuerit iure vocari in controuersiam, siquidem in eius tex. specie remissa conditione iurisiurandi per Pretorem, disposi tio potiùs manere videtur modalis quàm conditionalis, factumq; ipsum implendum in vim modi, nō verò in conditionis vim subrogatur, vti rectissimè scripsit Raphael Cuman. in eod.§. quoties.& Benedict.de Plumbino in.l. siquis libertatem. ff. de manumiss. testam. id quod contra Accurs.& alios in d.§. quoties verissimum semper existimaui. Aliâs enim Prætor, qui conditionem dandi, vel faciendi subrogaret, non sequeretur testatoris voluntatem: qui cum Titium instituit sub conditione, si iuraret se intra decem menses Romam iturū, manifestè prius Titium hæredem esse voluit, quam Romam iret: ac proindè vt factum conditione iurisiurandi remissa maneat, iuxta testatoris voluntatem, non debet esse in conditione, sed in modo; ne etiam aliâs Pretor, qui remittendo iurisiurandi conditionem eum exonerare intendit, cui fuit illa conditio imposita, potius grauaret subrogata conditione ipsum ad factum, vel dationem, anteaquàm relictū consequatur, obligando. Faciuntq; pro Cumano plura alia, quę elegāter considerarunt idem Dom. Francis.Sarmient. lib.1.Selectarum cap. 3.nu.8. & lib.2. in dict.c.2. nu.9. & Emanuel à Costa Iuris Ciuilis interpres, vt doctissimus, ità & acutissimus lib. 1. Selecta. interpretatio. cap.10.nu.6. Licèt ergo hæc ita sint (vt vnde digressi sumus reuertamur) efficaciter tamen probatur communis traditio, de qua agimus in dict.l.turpia legata.§.sed & si serui.de leg.1. Nec obstant argumenta, quibus D. Sarm. expugnat com munem: nam vulgare de lege. indè Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad.l. Aquili. ex communi sensu non ma lè dissoluitur, deq; illius tex. interpretatione nos alibi suo loco dispu taturi sumus, ne nūc vlterius à pro posito diuagemur. Cætera autem omnia argumenta expeditam habent interpretationem si considere mus non posse tractari de habenda conditione potestatiua pro impleta, vbi casus contingit in persona eius, qui debebat parere conditioni, vt probabo latius infrà nu.51.

14 Vnde Socinus in dict. l.2. nu.5. de condit.& demonstra. respondet in dict.l.cum ita. conditionem adiectam ei, qui decem dandorum fa cultatem nō habebat: quapropter non mirum, si mixta reputetur: cō ditionem enim hanc pauperi adiectam difficilem debere iudicari do cuerunt Angelus & Ioannes Imolens. in.l.fin.de condit.institu. Imò id adeò clarum est, vt nō indigeat testimonio, huncq; intellectum ad dict.l.cum ità: suadere ipse conatur ex eo, quod in illius tex. princ. fuit conditio apposita in persona serui, qui

qui nihil habet, vnde in versiculo, diuersa, censetur repetita eadē qualitas paupertatis iuxta regulam. l. si seruus pluriū. §. fin. ff. de leg. 1. Hæc sunt quæcunq; Doctores afferunt.

Ego tamen potestatiuæ cōditionis appellationem prout ea nostrates vti solent, dandi conditioni minimè congruere semper mihi persuasi: hi enim potestatiuam dicunt duntaxat eam, quæ tota posita est in implere debentis arbitrio, nec quidquam mixtum habet cum facto tertij, mixtarum verò duplicē constituunt speciem earum, quæ pendent à facto instituti & insidijs fortunæ, & earum, quę à facto instituti & tertij, nec quod verosimile sit, eum, cum quo implenda est conditio, non recusaturū id efficit potestatiuam conditionem; satis est enim quod possit recusare, vt in. l.
15 3. de cond. inst. Quod enim Cinus suprà relatus scripsit, qui exemplū constituit in conditione, si de scholis exierit, aliò respicit, ad id, scilicet, quod nos in princ. disseruimus. Illa enim conditio simpliciter prolata, habito respectu ad ea, quæ frequentius accidunt, tota posita est in voluntate implere debentis, nec officit, quòd possit fortuito aliquo casu impediri: quia is antequā eueniat non venit in consideratione. Disimilis est conditio dādi, quam ab initio apparet nō posse absq; accipientis facto explicari. Et quod Bar. tradidit de conditione, si seruū suum manumiserit male adducitur, quia seruus omnino debet libertatem amplecti, nec cuiquam li
16 cet ciuitatem Romanam recusare. l. fin. §. sin verò quidam. C. de testamentaria manumissione. & Bar. suprà allegatus bene aduertit. Nec est audiendus Ias. qui in. l. 1. in fi. suprà hoc tit. dixit in. d. l. fin. constitui ius nouum Imperatorium; quia verius est id ius multò ante eam legē obtinuisse, cum Iustin. ex eo dubitandi rationem ad suam decisionē collegerit, vt contra Iasonem expēdit ibi Decius nu. 12. Barberan. hic nu. 183. Et sic in eam sententiam vt nō possit à seruo libertas excusari textum in. d. l. fi. notabilē dicit Aretin. in. l. vtrùm turpem. nu. 3. de verbo. obliga. Andreas Tiraquel. qui plures refert de nobilitate. c. 6. nu. 36. Illud planè non inficiabor ego, ex hac verosimilitudine facilem reputari dandi conditionem, quæ ratio effecit, vt possit sub ea filius institui, quod mox dicemus.

17 Rursus quæ circa respōsum Hermogenis Socinus adstruit, vt pote quæ illi manifestam vim inferunt, nullo modo tolerari possunt: nam ibi Iurisconsultus non ea ratione nititur, quòd is cui fuit iniuncta conditio, decem habeat necne, sed illa potius, quòd is, cui dandum erat, ante impletam cōditionem decessit. Præterea ex persona serui nō rectè collegit argumentum Socinus: quia nec in eo ibi consideratur paupertas, sed libertatis fauor: quod ex eo patet, quia tū demū procedit illa

decisio, cum pecuniam cõditione cõprehẽsam die cedẽte paratã habuit statu liber, vt ex eo. tex. patet & tradit ibi glo. verbo, statu liber. quam ibidẽ probat Castrens. & in l. sub diuersis. §. fin. eod. tit.

18 Nec te moueat filium in potestate potuisse sub dandi cõditione institui: cum enim ea facilis sit, vt satis ostẽsum est suprà, etiam si sit de sui forma mixta, poterit filij institutioni adscribi, vt superius à me allegati docent, & est de mente Bartoli in l. in testamento. 1. col. in fin. de condit. & demonstr. vbi dicit regulã legis, suus quoq;. de hæredib. inst. & huius. l. si pater, excludere conditionẽ casualẽ, non verò mixtam: intelligẽdũ enim de mixta facili, aliàs dictũ Bartoli nõ ꝓcederet.

20 Verùm, vt res hæc penitus intelligatur, quare, scilicet, dandi conditio, quo ad huius legis materiã iudicetur potestatiua, non verò, quoad hoc, vt casu deficiens habeatur pro impleta iuxta. d. l. cùm ità. elegãter constituẽdũ est cum Raphaele Cuma. in. l. fi. nu. 3. de cond. instit. & in l. quæ sub conditione. §. quoties. in fin. eod. tit. potestatiuam cõditionẽ duobus modis accipi. Primò pro ea quæ pendet à sola voluntate implere debentis vt in. l. fi. C. de necessarijs seruis hær. instituen. & hoc mo-
21 do necessariò accipitur in. d. §. quoties: nam ea ratione potestatiua conditio casu deficiens habetur pro impleta; quia in ea testator totum videtur constituisse in implere debẽtis arbitrio: ita, vt tum demũ conditio deficiat, quod ipse nolit implere: vnde si per casum impediatur non deficit conditio, quia ille casus non erat directò cõditionis implemẽto oppositus, sed ille potius, quo ipse nollet implere: proinde euẽtus ille extrinsecus nõ facit deficere cõditionẽ: cęterùm in mixta testator etiam respexit factũ tertij, cum quo voluit impleri conditionẽ, ac proptereà nõ mirũ si per casum in eius persona contingentẽ conditio deficiat, quia & hoc testator voluit, qui factum tertij ad implęmentũ cõditionis requisiuit: tum etiã, quia id cõtingit ex natura cõditionis mixtæ, cui adaptatur voluntas disponẽtis argumẽto legis vtiq;. §. 1. ff. de rei vendicatione. & l. si vt certo. §. plane. ff. cõmodati. facit elegans doctrina Baldi in. l. si ea lege. num. 3. C. de vsuris. Et hãc rationem licèt nemo ita explicet videtur magistraliter post antiquiores, quos ipse refert sensisse Bar. in. d. l. in testamẽto. col. 2. in princ. cõstat igitur regulã. d. §. quoties. nõ posse verificari in ea cõditione, quæ absq; tertij facto impleri nequit, in qua cessat suprà dicta ratio, ac per consequens in cõditione dãdi, quæ si propter mortẽ illius, cui dãdũ erat deficiat, nõ habebitur pro impleta: atq; ità procedit tex. in. d. l. cũ ita. Alio modo accipitur potestatiua conditio pro ea, cui facilè pareri potest, vt in. l. si eius pupilli. §. si necessarij. ff. ad trebellianum, & hoc modo accipitur in

hoc tex. iuxta superius disputata.
22 Sanè multò facilior erit dandi cõditio filij in potestate institutioni apposita, si admittenda est acutissimi ingenij & merito ante alios excellentis Raph. Cuma. noua opinio in d.l. cùm ità. quam Socinus retulit in.l.2.nu.5.de cond. & dem. is filij institutionem sub ea conditione conceptam morte illius, cui dandũ est, non deficere voluit & fauorem, qui in.d.l.cùm ita. libertati impenditur, cõmunicãdum esse filio sub dandi conditione instituto, cẽsuit: nam & testamenti conseruandi & libertatis causam vt idem his fauor indulgeatur exequauit Sũmus Põtifex in cap. fin. extra de sentẽtia & reiudicata. Et hanc Cumani sentẽtiã probasse videtur Emanuel Costa lib.2. Select.c.6.nu.4. Eamq; cõfirmat Socinus suprà allegatus ex eo, quod si verum esset conditionẽ illam, si decẽ Titio dederit, in hac specie Titio ante impletam conditionẽ mortuo deficere, vix eam rectè filij institutioni adscribi dicere possemus. Nam cũ soleat sola præteritionis potentia testamentum vitiare, vt tradunt omnes hic, & nos dicemus infra ad glossam verb. nõ videtur; & hoc casu deberet vitiare, si conditionem non haberi pro impleta affirmemus. Prẹterea si id verum esset, deberet cohæres euentũ conditionis spectare, nec posset ex testamento, quod infirmari potest, hẹreditatem adire.l. ventre.83.ff.de adquirend. hæredit.l. penult. ff. de iniusto rupto. & tamen filio sub dãdi conditione instituto non impeditur adiũctus ei cohẹres, ad se pertinentem hæreditatis portionẽ adire. d.l. suus quoq;. vers. & ideo. de hæred. inst. Id autem non aliâs procedere poterit, quàm si cùm Raphaele admittamus eam conditionem morte illius, cui dandum est, non deficere.
23 Illud planè nõ recipit dubitationem, huic Cumani inductioni tũc locum esse, cum filius conditione comprehẽsam pecuniam paratam habuit: nam & id in libertatis specie requiri Hermogenes apertè docet, & ex Accursij & Castrens. interpretatione iã animaduerti: nec enim ratio patitur secundum nostros, vt maioris sit fauoris casus, ad quem fit extensio, quàm casus extensus, argumento legis cum tale. §.vltimo.ff.de cond. & demonst. vt non meritò de hoc potuerit dubitare Barberanus hic nu.187. qui inanibus fundamentis conatur Cumani opinionem euertere, ne scilicet, forma per fictionem impleatur ex l.qui hẹredi. & l. Mæuius. de cond. & demonstratio. Omitto allegationem illam ineptissimam, & nihil tale in illis legibus probari, vt ad l. si mater. huius tituli aliquando annuente Deo considerabo: nam nec in se verum est, vt implemento, quod. l. admittit non possit formæ ab ea requisitæ pareri, tum etiam, quia filio sub dandi cõditione instituto iam formæ paritũ est,

est, nec q̄ possit cōditio deficere testamenti formam respicit. Ex quo argumentū, quod pro Cuma. Socinus conficiebat, sat manifestè corruit, quia non vitiabitur testamētū licèt posteà conditio deficiat, cū testator ab initio secundum iuris regulas testatus fuerit: qua de re latius infra deliberabimus.

24 Sed tamen difficilis est ea Cumani sententia: veriùs namq; videtur non valere in hac specie argumentum de libertate ad filij institutionem. Quippè in libertate receptū est, vt si absit is, cui dandum est, cōditio pro impleta habeatur, si iussus dare pecuniā deponat & consignet, vt ex Pauli responso colligitur in l. cū hæres. 4. in princ. ff. de statu liberis. Et deniq; fuit in ea generaliter constitutum, sufficere statu libero pecuniam habuisse, quam daret, & per eum non stetisse iuxta traditionem Iurisconsulti in. l. 3. §. non solùm. versiculo, & sanè. de statu liberis. conducit tex. in d. l. cum ita. in

25 princ. Diuersum autem ius in filij institutione obseruari cōstat ex Vlpia. responso in. d. l. suus quoq;. §. puto. vbi, si Titius, cui implendæ conditionis gratia dandum erat, peregrinetur longinquo itinere, redditur conditio difficilis, & tamen nihil interesset, vtrùm præsens esset Titius, an verò peregrinaretur, si eodē modo, hoc est, per depositionē pecuniæ posset impleri filio hæredi adscripta conditio, quo impletur in libertate. Fatendum ergo est necessariò, quo ad conditionis implementū adeò diuersam esse causam institutionis filij à libertatis causa, adeoq; nō posse in hac, sicut in illa per depositionē pecuniæ conditionē impleri, vt hac ratione nullius prorsus momenti testamentū sit, quo argumento falsam Accursij traditionē in. l. 3. de cōditio. institu. qui ex. d. l. cū heres. colligebat vtilē sententiā circa dandi conditionē, vt in quacunq; causa habeatur pro impleta, si ab eo, qui debet dare absente eo, cui dandū est pecunia consignetur, & deponatur, eleganter confutarunt Rapha. Cuma. in. d. l. 3. nu. 3. & Emanuel. Costa Selectarū lib. 2. c. 9. Vnde. d. l. cum hæres. cōiū cto. d. §. puto generaliter. non leue præstat argumentū contra eā Cumani sententiam, de qua nos dissérimus, ideoq; ipsam parùm tutam semper credidi, quamuis testamēti conseruandi fauor posset, quēlibet in hāc Cuma. opinionem trahere.

26 Deinde ex eisdem traditionibus deducitur non rectè sensisse nōnullos, qui suū hæredē filium sub quacunq; conditione, quæ sit mixta, quia pendet ex facto instituti, & tertij dummodò non sit mixta ex his, quæ pendent ab arbitrio implere debentis, & insidijs fortunæ institui posse docuerunt, quò videtur respexisse, quod Raphael Cumanus tradidit in. l. suus quoque. §. 1. in fine de hæredib. instituend. & in. l. fi. nu. 3. de cōditio. institu. filium, scilicet, posse institui sub conditio-

ditione si contraxerit matrimoniũ quasi sufficiat quod conditio non subiaceat casui, etiam si sit cum difficultate animi. Cæterũ hac in parte Raphaeli nullo modo possum assentiri: nec enim dubitari potest, quin difficilis sit ea conditio, si nupserit, vt patet in l. hæc cõditio. 10. ff. de cond. & dem. ibi, & ideò si viuo testatore nupserit, post testamẽtum factum impleta conditio videtur. Planè si facilis esset non posset nisi mortuo demũ testatore impleri, iuxta regulam legis secundæ. ff. eodem tit. Apparet igitur, filiũ sub ea cõditione nõ iure institui, quod & Bar. docuit consilio. 13. nume. 2. Imola in l. fi. nu. 9. de cõdi. institu.

27 Sanè quod Barberanus hic nu. 190. inquit, potestatiuam esse hanc conditionem, si nullæ fuerunt nuptiæ specialiter demonstratæ ex eo, quod totum videtur tunc ab instituti voluntate pendere, vt Bart. tradidit in d. l. finali. in fine, de conditio. institution. & in l. 2. de cond. & demonstr. & eleganter Paulus Castrens. in l. commodissime. num. 3. circa mediũ. ff. de liber. & posthu. cum quibus iam resolui agens de conditione, si filius ingressus fuerit religionem, perperã vbi de filij institutione tractatur, adductũ fuit. Cum enim in ea conditionis facilitas inspiciatur, etiam si hæc sit de sui forma potestatiua, quia nullis expresim designatis nuptijs ab vnius voluntate pendere censetur, iuxta nostratum doctrinam, continet tamen difficultatẽ, nec poterit, quoad filij institutionẽ dici potestatiua, vt me suprà nu. 9. ex Bartolo in dict. l. finali quem ibi probat Angelus, retulisse memini.

28 Sed hic grauis incurrit difficultas, quæ & nostri tex. decisionẽ, & ea, quæ nos hactenus de sui hæredis filij institutione docuimus, prorsus destruere videtur. Nã Iustinianus in l. siquis hæredẽ. infra hoc tit. cõditionem, si nupserit, posse filiæ institutioni adscribi apertè respõdit. In qua difficultate explicanda parũ fœliciter laborarũt interpretes omnes hic, variasq; eius solutiones congesserũt, & suo ordine confutarũt, Ias. hîc nu. 11. Barberanus vbi suprà. Alij nanq; filiam in d. l. siquis hæredem emãcipatam fuisse, alij in defectum conditionis exhæredatam, diuinant, qui tamen non vident nec id ex Iustiniani verbis colligi posse, nec emancipationem, nisi apertissimis constet probationibus esse subinducendam. l. si emancipati. C. de collationibus. Alij deniq; deterius errant, qui procedere l. illam ratione speciali in conditione, si nupserit, vt sub ea posit impunè filia institui, licet in defectum non exhæredetur, quod quàm sit falsum ex supra traditis deprehendes.

Verior itaq; videtur Emanuelis Costæ interpretatio, qui in §. & quid si tantum. 3. parte. nu. 43. d. legem. siquis hæredem in filia procedere dicit, qua omnino præterita olim testamentum valuisse constat

 ex prin-

ex principio, versiculo, sed non ità de filiab⁹. Institut. de exhæredatione libero. l. maximum vitium. C. de liberis præterit. ac proinde potuit multò magis sub qualibet conditione institui, sicq; oportet intelligere. l. hæc conditio filiæ meæ decima. ff. de conditio. & demonstratio. legem, qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat, vbi filia omnino præterita testamentum iure valuit. Videbisque iam ineptam esse Accursij suppletionem, qui in eadem. l. qui filium, verbo, legauerat, præsupponendum ait filiam fuisse exhæredatam, ne alioquin testamẽtum patris esset ipso iure nullum, citatq; in id tex. in princip. institu. de exhæredatione liberor. qui tamẽ si recte ad eius tex. decisionem aduertisset facilè se ab hac difficultate explicare potuisset, nec tex. in dict. l. qui filium, cum planè secundum iuris regulas procedat tali excogitata diuinatione interpretari ten-
30 tasset. Deinde &. l. certum. §. filia. ff. de iniusto rupto. elegantem secundum hæc recipit interpretationem, cuius tex. verba illa, quia vna emancipatione exeunt de potestate testamentum non rumpunt, cõtinuò se quinquennio distorsisse, testatur Costa vbi suprà nu. 45. Sed tamen is eleganter intellexit Vlpianum significare voluisse, quòd filia & nepos, qui testamenti tempore fuerunt sui hæredes, & præteriri iure potuerunt ex d. princ. de exhære dation. liberor. l. Gallus. §. in omnibus. in fine. ff. de lib. & posthum. (& quod attinet ad nepotem nos sumus dicturi infra circa quæstionẽ, quam hic tractant Doct. vtrùm nepos possit institui sub qualibet conditione.) Hoc idem testamentum rumperent tempore, quo emanciparentur, si vtiq; non vna, sed tribus emancipationibus exirent de potestate, quemadmodum exibat filius. Nam cùm sui hæredis agnatione testamentum rumperetur, siue suus hæres esset nepos, siue filia dict. l. certũ. in principio. §. posthumi. ibi, par omnium conditio est,
31 Institut. de exhæredatio. liberor. & certum sit inter ipsam emancipationem filium agnasci ex prima, vel secunda manumissione, donec ex tertia à patris potestate omnino liberetur, vt constat ex Vlpiano in fragmentis tit. 23. §. agnascitur, illud eueniret, quòd statim post primam emancipationem cum filia vel nepos præteriti reuerterentur ad eiusdem parentis potestatem testamentum eiusdem parentis rumperetur, secundum Iuris Ciuilis scrupulositatẽ, vt in. l. posthumus.
32 ff. de iniusto rupto. Rectissime ergo dixit Vlpianus, quòd, quia vna emancipatione exeunt de potestate, vt idem Vlpianus præceperat in fragmentis, tit. 10. in principio docet Caius lib. 1. institution. tit. 5. propè finem. Hotomanus ad. ll. duodecim tabularum pagi. 86. Cuiacius in notis ad Vlpian. tit. 23. versi. aut manumissione. testamentum non rumpunt, eamq; Costæ interpretationem late comprobat D. Francis-

cus

cus Sarmient.in.l.2.nu.25.de liberis & posthum.

33 Sed adhuc (vt redeamus ad nostram.l.siquis hæredem) ex eo non videtur posse defendi in tex.illo Iustinianum antiqui iuris obseruationem respexisse, ne, scilicet, fateri cogamur eum nouæ suæ constitutionis immemorem, quæ extat in l. maximum vitium. C. de liberis præterit. qua & veterum obseruationem abrogauit, & filiorum ac filiarum simul, & secundi, vel vlterioris gradus liberorum conditionem exęquauit, posse filiam sub difficili conditione institui, securè affirmasse. At Emanuel, vbi suprà, nódum promulgatam esse nouiorem constitutionem dict.l.finalis eo tempore, quo lata fuit dict. l. siquis hæredem, ex illarum legum subscriptionibus probare contendit.

34 Verum quia ea intepretatio nimis est scrupulosa, magis placent quæ circa.l. siquis hæredem. accepi à grauissimo doctissimoq; Iurisconsulto Domi. Antonio de Solis, Iuris Ciuilis in hac inclyta Academia professore primario, cui in cõmentarijs ad.l.primam de liber. & posthum. verius videbatur dicendum, quod cum Imperator in dict. l.si quis hæredem agat principaliter de modo implendi conditioné, illam nuptialem, & de decidenda veterũ dubitatione circa ipsius implementum, non respexit ad validitatem testaméti, cum in quacumq; dispositione id attendendum sit, quod in ea principaliter agitur. l.1. ff. de authoritate tutorum. Et licet ipse Imperator illud exemplum referret, quo valebat apud veteres testamentum, non ob id videtur consentire eorũ obseruationi, vt aliàs solet colligi ex.l.Gallus.§.idem credendum.de liber.& posthu. Quòd si hæ omnes considerationes nimis delicato cuiquam stomachum nó faciant, fateri oportebit, quód cùm ex Iustiniani constitutione in dict. l.maximum vitiũ.perinde debeat filia sub facili conditione institui, vel sub difficili instituta in eius defectũ exhæredari, ac debuit filius presupposuisse Iustinianum in dict. l. siquis hæredem filiam, quę sub difficili conditione instituta proponebatur, in eius defectum exhæredé scriptam fuisse, argumento legis, qui testamento.20.ibi, si nihil aliud illum impediat. ff. de testamentis. quem tex, latè exornat Decius in.l. pactum dotale.1.col.C.de probatio & vide, quæ dicemus infra nu. 54. ad.l.1.§.qui sub conditione.ff.siquis omissa cau.s.testamenti. Ego tamen quando huc esset veniendum, libentius Costæ opinioné amplecterer.

35 Deducitur ergo ex superius tam lógè petitis, filium in potestate sub potestatiua conditione seu, vt nos interpretamur facili iure institui, vt probat tex.noster & similis in. l. suus quoq;. in princip. & in. §. vltimo cum.l. sequenti. l. iam dubitari. de hered.instituend. l. finali. de cond. institutio. Ea enim conditio, quæ

 in

in arbitrio est hæredis instituti, & cui ipse facilè parere potest pro pura debet haberi.l.1.§.qui sub conditione. ff. si quis omis. caus. testam. quia non est adeò restringenda cōparatio; qua ibi Vlpianus vtitur, prout Accursius putauit, qui in eo. §. scholio finali, conditionem, quæ sit in potestate pro pura haberi voluit, quo ad illud edictum dūtaxat, quod & Baldus inibi contra
35 Guilielmum considerauit. Verius nanq; est proculdubio quo ad multas iuris partes, talem conditionem pro pura haberi, cum filius & purè & sub ea conditione ritè instituatur, qui faceret iniustum patris testamentum, si sub alia conditione institutus proponeretur, & ex alijs probat Emanuel Costa lib.2. Selectarū.cap.2.nu.1. Et tunc non oportebit filium in defectum exhæredare: quia, si is non vult implere con-
36 ditionem, quæ in eius erat potestate, vltrò & destinato animi proposito hæreditatem nolle videtur, quā facilis conditionis functione consequi potuisset, at in eum casum, quo ipse hæres esse nolit, filium exheredem facere, quàm sit ineptum nulli nōn patet, vt Marcellus docet in dict.l.iam dubitari, quam rationē post alios cum iudicio cōsiderarūt Iason hic nu.8. in fine, Barberanus num.151.
37 Obtinetq; verissima hæc traditio in quacunq; conditione potestatiua siue extremo vitæ momento impleri possit, qualis est illa, si decem dederit, siue non possit, cuius generis esse solent omnes illæ, quæ in faciendo consistunt, quam differentiam Papini. constituit in.l.finali, de cond. institu. Nam licèt nonnulli contrarium falsò fuerint arbitrati ex eo, quod si filius sit institutus sub conditione, quę non potest vltimo vitæ spiritu impleri, poterit eo tempore, se reperire præteritū. Ac proinde cum in hac specie militet ea ratio, in quam frequentiùs itum est, quare filius sub conditione quæ non est in eius potestate nō possit institui, debebat in ea non dissimilem decisionem euincere. Superior tamen sententia veritati propior est: pro qua extollunt Doctores nostri text. quem reputant singularem in.l. si libertus sub conditione.20.§.si libertinus, versiculo, existimo. ff. de bonis libertor. vbi filium sub conditione, si fecerit testamentum, institui posse docemur, cum tamen id factum nō possit extremo vitæ momento explicari, vt patet ad sensum, & satis colligitur ex.l.iubemus. C.de testamentis, & ad hoc illum tex. in dict.versi.existimo, summè cōmēdant omnes hic, & dicit meliorem de iure Alexand.in princ. Imola in. l.finali nu. 10. de condi. institut.

Sed Iason hic nu.2.post Raphael. Fulg.in huius.l.repetitiōe in princ. non probari in illo tex. id in quod vulgò solet adduci cōtendit. Iulia-
38 nus enim ibi loquitur in filio emancipato, qui sub omni cōditiōe insti tui

tui potuit.l.3.§.si sub ea.ff.de bonorum possessio. contra Tabul. Et rationem tradit Bartol.hic nu.1. quia emancipatus præteritus non dicit testamentum nullum, sed tantum per bonorum possessionem contra tabul.illud stare non patitur: ea tamen hoc casu cessat,quia pendente conditione ei per secundum tabulas subuenitur.dict.§. si sub ea.l.2.§. si sub conditione.l. si sub conditione.ff.de secundum tabul. & Bartolum sequuntur Paulus, & Corneus hic in princ.Iason nu.14.Philip.De
39 cius nu. 7. eaq; bonorum possessio secundum tabulas emancipato ius tribuet,nec tantum nudam & simplicem administrationem facti conferet, cum in omnem euentum habiturus sit hæreditatem,vti post Cinum hic quæstione vltima Castrẽs. in principio rectè admonuit,tradit idem Cinus in. l. filijs matrem. C. de inofficioso testamento.Bartolus in dict.l.2.§.si sub conditione nu.3. Itaq; si conditio existat,non erit necessaria noua bonorum possessionis agnitio: si vero deficiat illa bonorum possessio secundum tabulas, conuertetur in contra tabulas, vt docent suprà citati & Paulus Castrens.nu.4.in dict.l. filijs matrem. Bald.Paulus & alij in.l.2.C.de successorio edicto, & latè Antonius Gomezius primo tomo Variarum cap. 2. nu. 14. qui putant id sensisse Iurisconsultum in dict.§. si sub conditione.versiculo,quamuis.

40 Ego tamen vix vnquam potui adduci vt verum credam bonorum possessionem secundum tabul.posse conuerti in contra tabulas, & ei, qui semel bonorum possessionem secundum tabulas acceperit, posse contra tabul.competere. Vnde rectissime Accursius in dict.l.3.§. sed & si sub conditione.verbo, accipere.ff.de contra tabulas,quod ibi Vlpianus scribit posse deficiente conditione emancipatum accipere bonorum possessionem contra tabul. tum demum procedere interpretatus est, cum is pendente conditione non accepit secundum tabulas, & allegat.§.si sub ea.versiculo, & si forte. eiusdem legis, vbi Vlpia. innuit apertè non competere emancipato,qui secundum tabulas pendẽte conditione accepit,ea deficiente contra tabulas bonorum possessionẽ,sed magis (vt ego interpretor) iure quodam retentionis & ex benignitate,non vero iure bonorũ possessionis contra tabulas in id tuendum à Prætore,quod fieret, si eam bonorum possessionem accepisset, quod Accursius dubitauit, & cogitandum reliquit in dict. versi. & si fortè. glo.finali.versic. sed nũquid. Patet igitur ex his non rectè argumentum collegisse Doctores ex.d. versiculo,ex istimo. qui in emancipato filio procedit; quem non mirum, si Iulianus scripserit posse sub conditione, quæ eo moriente impleri non potest, etiam si non exhęredetur sub contraria iure institui.

41 Iulianum autem de emancipato

to filio loqui, vel ex eo patet, quia ea est natura aduersatiuę dictionis, autem, vt repetat præcedentium qualitates.l. hoc amplius.§. de his autem.ff.de damno infecto.l.transigere.C.de transactionibus.notat Bart.in.l.mariti.§.vltimo.ff.ad.l.Iuliam.de adulterijs.Cinus in authẽtica. Sacramenta puberum.C.si aduersus venditionem. & in non ineleganti specie Baldus scriptum reliquit,in.l.omnes populi.nu.72.de iustitia & iure. cuius doctrinam dicunt notandam Alexander nu. 6. Iason.7.in.l.filius à patre.ff. de liberis & posthum. Decius in.l.1.nu.10. suprà hoc tit. Ergo dictio, autem, quæ constituitur in dict.versiculo, existimo,indicat ipsum ad emancipatum filium referendum, cum de eo Iulianus in præcedenti.§. loqui cœpisset.

42 Verùm huic sententiæ grauiter videntur refragari postrema verba dicti versiculi,existimo,illa,videlicet, (nisi filius ab eo nominatim exhæredatus fuerit) quæ quidem filio in potestate rectè conueniunt, nec possunt in emancipato adaptari:nam is sub quacunq; conditione institui potest, nec exhæredatio in cõditionis defectum exigitur dict. l.3.§.si sub ea.

43 Cui difficultati satisfacere conatur Iason hic nu.2.dicens in emancipato non requiri exhæredationẽ in conditionis defectum, ad validitatem testamenti: ad hoc tamen, vt deficiente conditione substitutus admittatur, filium in eius defectũ exhæredatum esse oportere.

Cæterùm Philip.Decius,num. 3. Iasonis sententiam impugnat ex eo,quod testamentũ valere & substitutum admitti annexa sunt, nec possunt separari:si enim testamentum valet necessariò erit substitutus admittendus, ac proinde Iasonis distinctio non videtur posse sustineri.

44 Nos hac in parte experiamur, quid pręstare possimus. Et sanè nec Iason Iuliani mentem rectè percepisse videtur, nec quæ in eius impugnationẽ Decius affert placere possunt. Is valere testamentum, & substitutum admitti,non debuit adeò annexa iudicare vt separari nõ possint: quippe filio emancipato sub casuali conditione instituto, rectè dicemus testamentũ valere: ex quo pendente conditione bonorũ possessio secundum tabulas conceditur emancipato,non tamen eodem modo substitutum admitti: huic enim nisi in defectum conditionis emancipato filio exhærede scripto, nunquam poterit locus esse.

Iasonis autem differentia (si mihi est cum ratione coniunctum iudicium) nullo modo probari potest:nam vbi deficiente conditione potuit de admittendo substituto tractari, nisi filius in eum casum se reperiat exhæredatum, accepta cõtra tabulas bonorum possesione paternum infringet iudiciũ & hæreditatem auocabit dict.l.3.§.sed si sub

sub conditione. Cum ergo Iulianus dixit in d. versic. existimo, in fine, vbi conditio non fuerit in potestate filij emancipati, non admitti substitutum, nisi filius ab eo nominatim fuerit exhæredatus, etiã testamenti validitatem respexit: quod poterit per contra tabulas bonorum possessionem filius euertere, vt iam neminem mouere possint postrema verba dicti versiculi, existimo, quò minus totum eum ad emancipatum filium referendum, prout necessarium est, libenter agnoscat.

45 Sed tamen, licèt hæc ità sint frustra Iason vulgarem dicti versiculi, existimo, allegationem destruere laborat, cum is tex. apertè probet communem, & veram traditionem, dum conditionem illam, si testamentum fecerit, quæ vltimo vitæ momento impleri nequit, in potestate esse dicit: sufficit enim id, vt possit filij institutioni adscribi. d. l. suus quoq;. cũ vulgaribus. Quod si id aliquis neget absurdum etiam fateri eum oportebit, aliò, scilicet, modo iudicari conditionem esse in potestate circa filij sui hæredes, alio circa emancipati institutionẽ, hoc enim, filij, nempe, institutionẽ apponi ex accidenti venit, nec cõditionis naturã mutat. Tũ etiã id probat ille tex. dum filio sub ea cõditione instituto superuacuam esse exhæredationem docet, planè, vbi potest conditione deficiente bonorum possessio contra tabulas competere, eam esse necessariam confestim Iulianus subijcit, idque melius videtur contra Iasonem Decius animaduertisse hic nu. 2. in fine & Barberanus in repetitione huius legis in principio nu. 12. & iterum nu. 198.

Verùm, vt quid per mendicata, quod aiunt, legum suffragia certissimæ traditionis, quam prosequimur inquiramus, testimonia cum suppetant domestica? Nam Papinianus in l. finali de conditio. institut. filium sub conditione, quę non potest eo in extremis constituto impleri, rectè posse institui, aperte docuit; & Vlpianus in d. l. suus quoq; in quacunq; conditione, quę sit in potestate generaliter locutus hanc non excludit, nec
46 quidquam eam sententiam remoratur, quod possit filius, se vltimo vitæ momento reperire præteritum. Cum enim id suo facto contigerit, qui facilè cõditioni parere potuisset, & in id tempus eius implementum distulit, ipse filius sibi debet imputare, ita post Cinum hic quęstione 1. tradit Bartolus nu. 1. idem in dict. l. suus quoque nu. 3. sequuntur Castrens. hic nu. 5. Angelus 1. in fine Salicetus tertia oppositione. Imola in l. finali nu. 10. de conditio. instit. Iason hic nu. 8. & in l. filius à patre. nu. 3. ff. de liberis

ris

ris & posthum.Barberanus hic nu. 11.& post alios Ludouicus Texeyra in.l. quidam relegatus.columna.10.de rebus dubijs.& pro ea responsione solet adduci. l. finalis. C.de necessarijs seruis hæred. instituend. quæ id bene probat in ratione sui, licet male Barberanus vbi suprà asserat eum tex. non concludere in proposito, quia loquitur in eo qui non est necessariò & pro forma instituendus.

47 Nec huic responsioni obstat hæredem institutum non teneri implere conditionem potestatiuam, cùm primum potest, id enim in legatis duntaxat obtinet.l.hæc conditio.29.ff.de cond. & demonstra. & ita tradit glo recepta p er textũ ibi in.l. siquis instituatur. §. 1. verbo, præfinit.ff. de hæredibus instituend & facit tex.in.l.finali. versiculo, argumento, suprà de condit. instit. quidquid perperàm contrarium asseruerit Socinus in dict. l. hæc conditio, quem merito hic reprobat Barberanus nu.175.& Emanuel Costa lib.2. Selectarum interpret.cap.2.num.4 &.c.4.in princ. Vnde non videbatur filio hæredi instituto imputandum, quòd conditionem potestatiuam, quam primum potuerit non impleuerit. Parùm namq; facit ea argumentatio: quia licet non teneatur filius cum primum potuerit implere conditionem, vt non videatur conditione defectus, nõ tamen debet se ad id tẽpus restringere, quo non possit implere, vt aduertit qui nonnullis id exemplis confirmat Decius hic nu.3.in fine.

48 Ex prædicta tamen ratione cõmuni inferebat Barber. hic nu. 14. quòd si sine culpa & negligẽtia sua filius tempore mortis inueniat se non institutum propter pendentiam conditionis, tunc cessante ea ratione, quę tota in filij negligentia versabatur non valebit testamẽtum. Ad quod expendit tex.in.l.1. §.qui sub cõditione.ff. siquis omiss. caus. testamen. vbi Vlpianus respondit in hęc verba. (Qui sub cõditione hæres institutus potuit parere conditioni, nec paruit, cũ conditio talis sit vt in arbitrio sit hæredis instituti, deinde abintestato possideat hæreditatẽ debebit edicto teneri, quia eiusmodi conditio pro pura debet haberi.) Indicat ergo à contrario sensu secundũ Barber.sententiam, quòd si is possidens ab intestato conditioni potestatiuæ parere non potuit, nec etiã tenebitur legata soluere, quia scilicet, hoc casu testamentum quasi ex defectu formę inutile redditur.

Ego tamen veris & receptis doctorum traditionibus adhærens aliter censeo statuendum. Et in primis obseruo vbi conditioni potestatiuæ filius parere non potuit, duplicem incidere inspectionẽ. Prior est,

est, an testamentum euanescat ex eo, quòd conditio, sub qua filius proponebatur institutus absq; ipsius culpa defecit. Et testamentum non vitiari, quod fuit secundum iuris regulas confectum rectissimè Bartol. docuit in.l. suus quoq;. nu. 7. de hæredib. institu.

49 Cùm enim testator formæ à lege requisitę paruerit filium sub cõditione, quæ in eius potestate erat instituendo non debuit ei fortuitus, & insperatus ille casus officere, in quem non mirum si ipse nõ prouidit argumento.l. Iulianus. ff. qui & à quibus. & nos in proposito cõtra Socinum suprà cõsiderauimus; & Bartolum probat Imola in dict. l. suus quoq; col.3. ad medium, sub nu. 4. & alij ibidem. Vt sic intelligas Bartoli mentem non fuisse assecutum Iasonem hic nume.9. qui Bartolum inconsideratè improbat, quasi ipse dixerit filium, qui casu fuerit impeditus, quò minus conditionẽ impleret manere exclusum: esset enim id impium, vt quod extraneo conceditur in filio non admitteretur, nec quidquã tale Bart. cogitauit, qui de testamenti validitate duntaxat agit, quod melius videtur cõsiderasse Decius hic nu.3.

50 Et si ita rectè accipias, inuenies idem cum Bartolo sensisse Accurs. in.d.l. suus quoq;. verbo, submotũ, in fine. quem non intellexit Barbeeranus hic nu.157. qui non vidit Accursium ibi, non disputare de admittendo filio in effectu, sed de admittendo eo, quasi conditio non fuerit in ipsius potestate, & sic de testamenti validitate: atq; ita Accursiũ intellexit ibi Castrens. nu.5.

51 Secundò potest dubitari, vtrùm eo casu, quo testamentum valere diximus filius excludatur, an verò habeatur cõditio pro impleta. Qua in re distinguẽdum fore existimo, vtrùm casus contigerit in persona implere debentis, an verò in materia, in qua debebat conditioni pareri. Nam primo casu communis, & vera sententia docet conditionem non haberi pro impleta. Ita tradit Imola in.l. in testamento, nu. 1. de conditio. & demonstratio. Angelus de Perusio, & Paul. Castr. in.l.1. nu.8. suprà hoc tit. vbi Iason. 5. col. in princ. & Corneus nu.4. latè Socinus in.l. Si Titius statuas. nu. fin. de conditio. & demonst. pro qua solet ponderari.l. si ità legatum.68. §. illi si volet. ff. de leg.1. lex, si ita expressum. de cond. & demonstratio. Facit etiam, quia tunc magis videtur legatum deficere, quia legatarius moritur pendente conditione, si is impedimenti casus fuit, quàm conditio, vt dixit Florianus in. l. Iulianus. §. inde Neratius. ff. ad. l. Aquiliam. quem refert Socin. vbi suprà. Vnde colliges maximam limitationem ad regulam. l. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de cond. insti. tãtùm intelligatur in ea specie, in qua loquitur, quando, scilicet, casus cõtingit in persona eius, cum quo debebat conditioni pareri, & videbis

cauendum esse ab allegatione Iasonis hic nu. 9. meritoq; improbãdũ fore Barberanum nu. 159. qui temere tex. in d. §. quoties asseruit procedere etiã vbi casus contingit in persona implere debentis. Vbi tamen per casum contingentem in materia, in qua debebat pareri conditioni filius fuit impeditus, omnes iure admittunt conditionem habendã pro impleta. Nec enim est quid imputetur patri cur aduentitium illũ casum nõ cõsiderauerit nec quidquam potest imputari filio, cur nõ impleuerit conditionẽ, cum id facere non potuerit: & ita docet frequẽti interpretũ suffragio recepta sententia, tenent Cinus & Albericus hic. 4. quæstio. Bald. nu. 18. & post alios Iason num. 9. Decius. 3. Paul. Castrens. & alij in dict. l. suus quoque nu. 6. idq; nemo est, qui neget.

Solus Alber. Barbera. hic nu. 14. qui iterum pluribus id fundamentis corroborare tẽtat, nu. 160. tenuit eo casu testamentũ esse nullũ, quasi filius tum demũ casu contingẽte reperiatur pręteritus. Sed pręcipuũ argumentũ deducit ex d. l. 1. à contrario sensu, prout nos superiùs induximus. Et tandẽ ad. l. quæ sub cõditione. §. quoties. vbi conditio potestatiua, quæ per casum deficit, habetur pro impleta, excogitat ipse inauditam restrictionẽ, vt non procedat in eo, qui potest abintestato hæreditatẽ obtinere: cũ enim is maiorẽ sit cõsequuturus vtilitatẽ re ad intestati causam deuoluta, quippè nõ tenebitur eo casu legatis & alijs in testamento cõtentis satisfacere, non debuit quod in eius fauorẽ est introductum, vt scilicet, conditio habeatur pro impleta deteriorem ipsius conditionem efficere, iuxta regulas iuris vulgatas.

Ego vtranq; traditionẽ respuẽdã existimo. Et in primis iuris rationi non cõgruere semper credidi, vt illa præteritio, quæ fortuito aliquo casu euenit noceat ei, qui secũdùm iuris regulas testatus est filium sub conditione, quæ in eius potestate erat, instituẽdo iuxta. d. l. suus quoque. cũ similibus. Et cõprobatur ex eo, quod conditio potestatiua æstimatur ex his, quæ frequẽtius solẽt accidere, nec inopinati casus attendũtur, vt de potestatiua cõditione disputãtẽ me in huius repetitionis principio recolo adnotasse. Deniq; ita tenet vera & cõmunis opinio, quam cum Bartolo. d. l. suus quoq; nu. 7. nuper resolui, secũdùm quã, si casus ex facto occurreret, non dubitarem & iudicare & consulere.

52 Nec obstat tex. in dict. l. 1. §. qui sub conditione. Pro cuius exacta interpretatione obseruo impossibile videri, quod ibi Iurisconsultus præsupponit, filium institutum sub conditione potestatiua posse hæreditatem patris abintestato obtinere: quamdiu enim testamento locus esse potest tamdiu intestati causa exclusa est. l. quamdiu. 39. ff. de adquirenda hæreditate. l. quamdiu. 89. de regulis iuris. plane testamenti causa tamdiu durauit, quamdiu impleri condi-

tio

tio potuit, id est, vsq; ad moriendi tempus, vel vsq; ad mortem, iuxta distinctionem.l.finalis.ff. de condi tio.institut. Et augetur difficultas: quia pendente conditione potestatiua filius non potuit repudiare hæreditatem pariter nec renuntiare conditionis implemento. l. is qui hęres.13.de adquirend.hęredit.vbi Paul.Castrens.& Alexander nu.4. idem Castrens.in dict.l.suus quoq;. §.sed & si filio nu.4. quidquid repu gnet Aretinus.1.col.Iaso. nume.11. in dict.l.is qui hæres.

53 Quæ quidem difficultas grauis est, nec mediocre exhibuit negotiũ iuris interpretibus, variasq; eius solutiones retulit & confutauit Emanuel Costa lib.Selectarum.2.cap.2 Et tandem ipse eam sic existimat componendam, vt Vlpianus in. d. §. qui sub conditione.intelligendus sit iuxta terminos. l. sed & si in conditione, quinta.ff.de hæred. institutiend.quando, scilicet, in conditione potestatiua fuit expressa certa dies, intra quam conditio impleretur: nam tunc elapsa die ad intestati exitum res deducitur, vt Iurisconsultus præsupponit.

Sed adhuc hoc Costæ intellectu admisso, non videtur cessare difficultas: nam is tex.innuit, quod si filius non potuit parere conditioni, securè posidebit hæreditatem abintestato, nec tenebitur legata soluere: & tamen quando filius potestatiuam conditionem intra præfinitum tempus implere nõ potuit, non deficit institutio, sed conditio habetur pro impleta, iuxta regulã. d.§. quoties. atq; ita is filius, quasi impleta conditione potuisset ex testamento succedere. Si igitur posideat abintestato incidit proculdubio in edictum, & tenebitur legata soluere cõtra id, quod Vlpia.sentit.

Sanè si admittenda esset Barberani restrictio ad.d.§.quoties.in prõptu erat solutio, & Costæ interpretatio posset sine scrupulo procedere: sed quia ea iuris rationi apertè repugnat, vt mox probabitur alia inquirenda est pacandæ difficultatis via.

54 Vnde ego tex.illum interpretor in conditione dandi, vel simili, sub qua filius institui potest. d. l. suus quoq;.§.puto.in hac enim supposito cum Emanuele certã conditioni diem adiectam proprie verificabitur Iurisconsulti decisio. Nam si culpa filij conditio deficiat tenebitur abintestato posidens legata soluere: si autem non potuit conditioni parere, nihilominus prædicta cõditio pro defecta habebitur, iuxta. l.cum ita datur.ff. de condit. & demonst. de qua nos latè suprà tractauimus. Quapropter cùm filius necessario succedat abintestato, nec sit quod ei posit imputari non tenebitur legata soluere. Nec existimes diuinationem continere hũc intellectum. Nam cum Iurisconsult. de alio principaliter agat in d.§.qui sub conditione. debet quo ad cętera asignari termini habiles secun-

ſecundùm iuris principia ex.l.qui teſtamento.20. ff. de teſtamentis: faciunt quæ notauit Raphael. Cumanus in.l. cum filio familias. nu. 7.de legat.1. & ea, quæ tradit Decius hic nume. 4. & vide quæ diximus ſuprà nume. 34. circa intellectum legis, ſiquis hæredem infrà hoc tit. Ex hac igitur vera illius.§. interpretatione infertur in dict.§. qui ſub conditione.non deficere teſtamentũ, quaſi forma legis nõ fuerit obſeruata, vt Barberanus ſuprà relatus perperam exiſtimauit, ſed potius, quia ſecundum iuris principia conditio defecit, quæ eius generis erat, vt non haberetur pro impleta; ac proinde neceſſario res deuoluitur abinteſtato.

55 His proximum eſt, non minus falſam eſſe aliam Barberani traditionem, vt ſcilicet, conditio nunquam habeatur pro impleta eo inuito, qui inſtitutus eſt, cui magis intereſt conditionem deficere, vtpote qui cauſam habiturus eſt abinteſtato. Nã hæc reſtrictio generalitatem dict.§.quoties. & omniũ iurium de conditione habẽda pro impleta, loquentium, corrumpit, & apertè conuincitur ex. l. 1. & 2. ſuprà hoc tit. ſi maturè attendas ad qualitatem inſtituti, de quo ibi, qui cauſam erat habiturus abinteſtato, & nihilominus agitur de habenda conditione pro impleta.

Nec iuſte mouetur Barberanus ex eo, quòd putat in his terminis conditionem haberi pro impleta, ſolum in fauorem inſtituti vel legatarij; debuit enim aduertere, quòd vltra fauorem honorati concurrit veroſimilis mens teſtantis, qui eo caſu, quo impediretur inſtitutus voluit conditionem haberi pro impleta, & ratio, quæ iuris conditoribus iuſtiſsima viſa fuit ad talem regulam cõſtituendam, pro quo vidi expendere viros eruditiſsimos deciſionem. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. &. §. ſiquis autem. C. de teſtamentis. ibi enim teſtamentum minus ſolenne pro valido habetur inſtitutis liberis, vel venientibus abinteſtato, quibus vtilius fuiſſet defunctum ſine teſtamento decedere. Sic etiam dicimus filijs & eorum legitimæ portioni maxime fauere ex. l. quoniã. C. de inofficioſo teſtamento, & tamen is fauor etiam ſuccurrit teſtatori, quo decedẽte abinteſtato plura bona filijs contingerent, vt notant omnes hic circa dict.l. quoniam dum tractant an remotio cõditionis ex ea. l. reſpiciat ſolius filij fauorem.

56 Sed iam, cùm inter Iuriſconſultos conſtiterit ſuum hæredem filium potuiſſe inſtitui ſub conditione faciendi affirmatiua, & etiã dandi, quæ facilis eſſet, eleganter quæri poteſt, quid eis reſpondere conſequens fuiſſet, ſi ſuus hæres filius ita proponeretur inſtitutus. Inſtituo filium, ſi in Capitolium non aſcenderit. Et Socinus in.l.Mutianæ. num.quarto.ff.de conditionib.

nib.& demonstration. putat nullius momenti testamentum futurum.

Cæterùm Emanuel Costa lib.2. Select.c.6.nu.4. testamentum defendi posse arbitratur, & conditionem illam, si in Capitolium non ascenderit, testaméti fauore ità posse accipi, si cum primum ascendendi facultatem habuerit abstineat: sic enim eam conditionem in libertate exaudiri docet Vlpian. in.l.libertas.§.1.ff. de manumissis testamento. & conditionem filio adiectam & libertatis conditionem similiter interpretatus est Rapha.Cuma.in.l.cum ità.de conditio.& demonstra. cuius sententiam suprà nos latè discussimus.

57 Sed tamen hæc Costę opinio mihi nó suadetur. Et in primis aduerto eam códitionis negatiuæ interpretationem in dict. l. libertas.§.1. quæ aliâs, proprie intelligi solet, id est, si nunquá ascenderit dict.l.Mutianę.l.quidquid adstringendę.99, §.vltimo. ff. de verborum obligat. non esse vllo libertatis fauore admissam, vt perperam opinati fuêre Accurs. Dinus, Albericus, Benedictus de Plumbino, & alij veteres in dict.§.1. quos Bart. secutus est in. d. l.Mutianæ.num.1.& in. l. ità stipulatus. nu.17, de verborum obligat. vbi Castrens. Imola, & Iason num. 18. & Socinus num.172. communem asserit. Contraria nanq; sententia verior est, imò id non fauori, sed naturæ libertatis fuisse tributum, quam Guilielmus de Cuneo tenuit in. l. dedi. ff. de conditione causa data, sequuntur Fulgosi. Cuman. & alij, quos refert Costa lib. 2. Selecta. cap.5. Omnes tamen ex benignitate quadam receptam agnoscunt in libertate illam conditionis negatiuæ interpretationem, contra vulgarem ipsius acceptioné.

58 ¶ Sed ego obseruo id magis ex vi verborum, & coacta iuris ratione defluxisse. Nam cùm verba illa, si non fecerit, ambigua sint, & duplicem sensum habeant, verum est enim & eum non fecisse, qui cùm potuit nó fecit, & eum, qui nunquam fecit, vt Celsus testatur, in dict. l. quidquid adstringende.§. vltimo. ibi, ambigua verba sunt; licèt postrema hæc horum verborum interpretatio magis disponentium menti conueniat, vt docet Papinianus in dict. l. ità stipulatus. 115.§.1. de verborum obligatio. Attamen in libertatę, cum illa conditionis negatiuæ interpretatio, si nunquam fecerit, eam inutilem reddat, quasi in mortis tempus collatam, vt in. l. finali. ff. de manumiss. testam. recurrendum fuit necessariò ad illam interpretationem, si cum primum potuerit, non fecerit; quia in ambiguis ea interpretatio sumi debet, quæ faciat actum valere. l. quoties, la secunda de reb. dub. l. quoties. 80. de verborum obligatio. Rursus ex eo probabilior fit hæc consideratio, quod illa conditio, si fecerit, quãuis

 intelli-

intelligi possit, id est, si quandocũque fecerit.l.finali ff.de condit. instituт.in legatis tamen exauditur, id est, si cum primùm potuerit fecerit.l.hæc conditio. 29. de conditio. & demonstrat. Ac propterea cum dicatur deficere, si legatarius eam non impleuerit quam primũ possit, non mirum si in non faciendo concepta ea conditio ecõuerso eodem modo impleatur, si cum pri-
59 mum potuerit non fecerit. Qua ratione attenta cum in hęrede pręsertim suo hæc conditio, si in Capitolium ascenderit, nõ recipiat interpretationem dict. l. hæc conditio, sed potius intelligatur, id est, si quandocunq; ascenderit, ex doctrina glo.receptæ in.l.si quis instituatur.§.1.verbo, præfinit.ff.de hæredibus inst.ac proinde non deficiat, nisi morte instituti dict.l.finali. versiculo, argumento.de conditio.institut.consequens est, vt conditio negatiua filij institutioni adiecta eodem modo impleatur cum sit contraria priori, ac subinde intelligatur, id est, si nunquam ascenderit: quæ conditio difficilis est & filij institutionem vitiabit, iuxta veriorẽ Socini sententiam in dict.l.Mutianæ nu. 4. Nec obest secundùm hãc interpretationem reddi testamentum nullum, & illam potiùs amplectẽdã, quæ sustineat actũ ex dictis ll.quoties, quia in hac specie iniquũ esset contra commodum filij sub difficili conditione instituti sustineri institutionem. Et hæc inuestigatio etiam hodiè vtilitatem continebit post Iustiniani decisionem in.l. quoniam in prioribus. C.de inofficioso testamento, si fides adhibenda est ijs, qui putant potestatiuam conditionem à filij institutione nõ reijci illius legis authoritate. Sed hæc alibi suum vendicabunt locũ.

60 SEcundo pro exactiore huius legis explicatione, sciendum est exhęredationem purè fieri oportere.l.3.§ pure.ff.de liberis & posthu. l.Regia.3.tit.7.part.6.Idq; Doctores nostri concordi suffragio etiam in ea conditione, quæ tacite inest verum intelligunt, vt expressa vitiet exhæredationem. Mouenturq; ex dict.l.3.§.filius inter medias. versi.quemadmodum, vbi Vlpian. ità conceptam exhęredationem, quisquis mihi hæres erit filius exhæres esto, vitiosam esse scripsit, quia conditionalis dicunt ipsi, & quia exhæredationis natura conditionis adiectionem non admittit dict.§.purè. cum tamen ea conditio, si scriptus hæres hæreditatem adierit, tacite insit exhęredationi, quę non potest aliter subsistere, quam si fuerit ex testamento adita hæreditas. l.filium. §.sed cum exhæredatio.ff.de bonorum possessione contra tabul.l.Papinianus.§.si conditioni.versiculo, quoniam. ff.de inofficioso testamẽto.l.si exhæredatus. ff. ad Senatusconsul.Syllan.l.si patronus.§. ex testamento de bonis libertorum.
61 Sed tunc vrget grauis difficultas: quia

quia expresio eorum, quæ tacite insunt, nihil solet operari. l.3. ff. de legatis.1.l.muto.§.si sub conditione.de tutelis.l. non recte. C. de fideiussoribus.cum alijs tradit glos. optima iuncto tex. in. c. significasti.extra de electiõe. Quapropter ea conditio, quisquis mihi hæres erit, legato adiecta non facit legatum conditionale dict. l.3. cum simil.infrà adducẽdis, ergo nec exhæredationem debebat conditionalem efficere, nec eam vitiosam reddere.

In qua difficultate explicanda anxiè torquentur interpretes omnes, tam in dict. §.filius, quam in dict.l.3. vt constat ex quam pluribus solutionibus, quas congessit Barberanus hic â nu.231. Nec id mirum: nam Christophorus de Castellione, quẽ meritò vocant principem subtilitatum, se nunquam verum horum iurium intellectum percepisse in dict.l.3. ingenue fatetur. Cuius vestigia secutus Barberan. vbi suprà non est ausus in hac difficultate suum interponere iudicium.

62 Sed ea frequentius recepta est huius difficultatis resolutio, quam post Accursium in. l. si quis Sempronium. 63. scholio vltimo. ff. de hæredibus instituend. tradit Bart. in dict.l.3.nu.3. & in dict. §. filius inter medias.nu.6. vt scilicet, ideò in dict.§. filius. conditionis quisquis hæres erit expresio, conditionalem faciat exhæredationem, quia alio modo exprimitur illa conditio, quã eo quo inerat, inest enim ad conseruandam iam inductam exhæredationem: exprimitur tamen ad inducendam eam, ita, vt non antequàm hæreditas adeatur filius exhæres sit. Hæc ergo ratio est discriminis, quod versatur inter legatum & exhæredationem, cur illud, hæc conditio, quisquis mihi hæres erit, non faciat conditionale, hanc verò huiusmodi cõditionis adiectio quasi conditionalem vitiet, quia vbi purè exhæredatio concipitur, & inest ea conditio, antequam hęreditas adeatur aliquos effectus operata est exhæredatio, vt scilicet per eam abscissa sit dominij continuatio, & filius exclusus impedimento non sit hæredi scripto, quo minus adeat: quòd cum hi omnes effectus ea cõditione expressa, in tempus aditæ hæreditatis suspendantur, patet alio modo exprimi conditionem, quàm inerat. Secus est in legato, cuius omnes effectus, etiam vbi ea conditio inest sunt in tempus aditæ hæreditatis suspensi, ac proinde, cũ nõ aliter exprimatur, quàm inerat non mirum, si per eius expresionem, quæ nihil operatur, legatum non efficiatur conditionale. Quam Bartoli solutionem ferè omnes probant & esse meliorem;

quæ possit dari testatur Iason in dict.l.3.nu.34. vbi communem dicit Socinus nu. 11. in fine Ripa nu. 32. Vincent.Herculan. 3. col. Et tã dem non dissentit Alciat.nu.14. & esse receptissimum asserit Ferdinandus Menchacẽsis lib.2. de succession.creatione.§.20.nu.81.

63 Sed hæc recepta interpretatio probari nequaquã potest. Contra quam in primis adducitur dict. l. muto.§.si sub conditione.de tutelis.vbi conditio satisdationis, quæ tacite inerat tutelæ executioni.l.in dubium.tertia. C. de tutore & curatore.qui satis non dedit, si exprimatur, non facit cõditionalem tutelæ dationem nec eius substantiæ apposita censetur, vnde admonitionem magis importat, secũdùm Vlpian. quàm conditionem. Falsum ergo est, quod communis docet conditionem, quæ executioni & confirmationi iam validæ exhęredationis inerat, si exprimatur videri validitati exhæredationis adiectam.

64 Nec quidquam valet, quod circa dict. ℱ. si sub conditione. alibi Bartolus tradidit in.l.1.nu. 3. ff. de condit.& demonstra. ideò scilicet ibi conditionem, quæ, inerat executioni tutelæ eodem modo, quo inerat, videri expressam, nec ipsi dationi appositam, ne tutoris datio vitiaretur. Potuit enim & ea ratio sustinendæ exhæredationis cõditione, quæ eius executioni inerat expressa considerari, ne scilicet, infirmaretur testamentum.

65 Vnde non magis probabilis est ea specialitatis ratio, quam Ioannes Imolens. comminiscitur in.l. centesimis.ℱ. finali nu. 4. de verb. obligatio. vt in exhæredatione cõditio, quæ inest executioni intelligatur adiecta ad dispositionis suspensionem, quia odiosa est exhæredatio, nec iustè ad eam ex tutelæ datione, quæ adeò fauorabilis est argumentum trahitur. Planè ego didici testamenti conseruandi fauorem, etiam vbi de exhæredatione tractabitur, non mediocriter vrgere, item non esse in tutela speciale, vt conditio, quæ inest executioni, non suspendat dispositionis substantiam, vt ex noua huius difficultatis cõciliatione, quam mox sumus aptaturi, liquebit aperte.

66 Secundò contra eandem communem resolutionem eleganter argumentatus est Raphael Cuma. in dict.l.3.nume.4.de legat.1. quia etiam legatum ante aditam hæreditatẽ aliquos operatur effectus. Nam ex recepta omnium opinione in eo à morte testatoris rei legatę dominium in legatarium transfertur vulgata lege.à Titio. ff. de furtis. item & post aditam hæreditatem suos effectus habet, vt constat ex tex. in. l.si tibi homo. 88.ℱ. cum seruus. de legat.1. Cõsequitur ergo

ergo necessariò cõditionem, quisquis mihi hæres erit, expressam in legato eos effectus suspendere, & aliter exprimi, quam inerat, quod si vera esset Doctorum traditio debebat ex illius conditionis expressione conditionale reddi legatum contra dictam. l. 3. & iura similia. Apparet ergo à veritate longe alienum, quod circa legatum Doctores adstruunt, & quam in hoc inter illud & exhæredationem considerant differentiam. Omitto nunc
67 valde mihi semper fuisse suspectã (vt ꝓximis diebus auditores meos monebam in scholijs, quæ dictabam ad tex. in princip. institut. de legat.) inueteratam illam & quasi præscriptam traditionem dominium rei legatæ à morte testatoris in legatarium transire, cum contrarium probent iura expressa in. l. seruum filij. 46. §. si quis rem. l. seruo legato. 72. in princip. l. si tibi homo. 88. §. cũ seruus, de legat. 1. l. & eleganter. §. item si seruum. ff. de dolo. l. liber homo. §. finali. cum. l. sequenti. ad. l. Aquilam. vbi legatum adita demum hæreditate fieri legatarij, docemur. Facit etiam quod cum legata, non adita hæreditate non debeantur. l. si nemo. ff. de testamentaria tutela. l. si nemo. de regul. iuris. l. eam quam. C. de fideicommiss. §. sed quia hæredes. instit. de fideicommissa. hęreditat. principio, Instit. de hæredita. quæ abintestat. deferuntur. impossibile videtur ante aditionem vllum rei legatæ dominium ad legatariũ pertinere. Imo & ante agnitionem nullum quæri dominium crediderim verissimum id, quod satis colligitur ex. l. quæ autem. ff. quæ in fraud. creditorum. vbi qui legatum repudiat creditores non fraudat, quia illud edictum duntaxat pertinet ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui adquirere nolunt, ex regula, à Iurisconsulto. in principio proposita. Ante agnitionem ergo legati nihil adquisitum est à legatario, est enim in pendenti rei legatæ dominium, interim quod nec agnoscitur, nec repudiatur legatũ, ita vt nec agnitum cẽseatur factum legatarij ante aditionem hæreditatis nunc verò repudiatum intelligatur semper fuisse hæredis, vt probant iura suprà adducta, & melius omnibus. d. l. à Titio, ibi, si adita hæreditate Seius legatum ad se pertinere voluerit, vt appareat perperam solere, ex eo tex. adnotari dominium rei legatæ statim & ipso iure fieri legatarij mortuo testatore, vt post Accursium in dict. §. cum seruus, & in dict. l. à Titio, docent Bartolus nu. 12. Iason, Ripa, & alij in. l. 1. de legat. 1. & plures, quos refert Pet. Dueñas regul. 210. Qui omnes decepti sunt Neratij authoritate, quem sic intelligunt in dict. l. à Titio.

tio. versiculo, finali. & ita videtur explicare Antonius de Quesada diuersarum quæstion. cap. 2. nu. 3.

68 Sed longè aliud est, quod Iuriscon sultus sentit ab eo, quod vulgò existimatur, vt facile perspicies, si cũ iudicio aduertas dubitatũ ibi fuisse apud Iurisconsult. vtrùm hæres posit actione furti experiri aduersus legatarium, cui seruus, qui furtum commisit, legatus fuit. Mouebat nanq; dubitationem, quòd cũ in hæredem omnia iura transeant, quæ defunctus habuit. l. cum hæredes. ff. de adquirenda possessione. videbatur extincta furti actio iuxta regulam. l. si alienus seruus. 37. ff. de noxalib. action. Sed contrarium nihilominus Iurisconsult. respondet, quia regula dict. legis cum hęredes. res legatas non comprehendit. Verùm, quia adhuc dubitari poterat, vtrùm aliquo momento ille seruus, qui legatarij factus est ad hæredem pertinuisset, eleganti ratione probat Neratius hæredi integram actionem furti manere aduersus legatarium, quia nullo momento potuit ille seruus dici factus hæredis: atq; obid extincta fuisse furti actio, non quidem ante aditionem, qui ante eam nullum ius habet, neç post aditionẽ, quia ea quæ legantur, ità fiunt legatarij agnoscẽtis legatum, vt nec momento intelligantur facta hæredis: sed recta via ab eo qui legauit ad eũ cui legata sunt, transeũt. Sicq; eandem sententiam continet versiculus ille finalis dict. l. à Titio, quam Iurisconsult. expresit in. l. legatum. 82. ff. de legatis. 2. vt tradit eleganter Raphael Cuman. in dict. §. cum seruus, Ioannes Corrasius in. l. Papinianus nu. 6. & 7. ff. de seruitutibus. Francis. Balduinus in §. 1. institutionũ. de legat. videtur consentire Alfanus collectanea. 134. & tradit, vt nouum Antonius Costanus lib. singul. quæstio. c. 14.

Sed licèt hæc ita sint, negari tamen non potest (vt ad rem nostrã redeamus) vbi legatum purè relinquitur, & ea conditio, quisquis hæres erit, inest, statim existere legatum, nec eius substantiam in tempus aditæ hæreditatis suspendi, & aditionẽ hæreditatis ad ipsius confirmationem, & executionem requiri, quemadmodum in exhæredatione. Et consequenter hanc discriminis rationem quã Doctores tradũt placere nullatenus posse.

69 Vnde Rapha. Cuman. in dict. l. 3. num. 4. quem ibi Alexander probat num. 10. aliter distinguendum putat, an scilicet, verba quibus cõditio adijcitur, respiciãt actus substantiam, an executionem. Nam primo casu expresio cõditionem operatur, vt putà, si ita testamento cauero, quisquis mihi hæres erit, lego Titio centum, sanè conditionale efficit legatum hæc adiectio, quem-

queadmodũ & conditionalẽ exhę redationẽ in dict.l.3.§. filius. quia scilicet ea verba, lego exhæredo inducunt dispositionem: non mirum ergo, si per conditionem his verbis dispositiuis (vt ita loquar) adiectam reddatur conditionalis dispositio. Si verò verba respiciant executionem, qualia sunt illa, dare, præstare, soluere: quia tunc his apposita conditio, si hæres hæredi tatem adierit, eodem modo exprimitur, quo inerat: executioni enim adiecta est, legatum non efficitur conditionale. Atq; ità proccitur conditionale. Atq; ità procedit tex. in dict.l.3. cui si expressum fuisset verbum, lego, locum non futurum Rapha. Cumani sententiæ consequens est, fauetque huic differentiæ Accursius in dict.l.3. scholio. 2. qui exemplum illi legi proposuit, vbi per verbum, dandi, testator cauit. Deniq; & iurisconsulti vbiq; de hac re tractantes per verba executionem respicientia loquentes, non leue pręstant huic sententiæ argumentum, vt videre licet ex. l. hæredis aditio. §. tractari. l. si dies. §. finali. l. si Titio. §. quædam. ff. quando dies legat. cedat.

70 Sed hanc Çumani traditionem latè confutarunt Socinus num.12. Ripa.32. Sadoletus.14. Alciat.13. in dict. l. 3. & merito, quia violenter eius generalitatem restringit, & planè conuincitur ex dict. l. si Titio. versiculo, si tamen. & ex. l. aliquando. 106. ff. de conditionibus & demonstrationibus. vbi verba actus, originem respiciunt, nec dissimile ius constituerunt Iurisconsulti. Deniq; non est veterum quisquam, qui dictam legẽ tertiã. in tantum subuerterit: nam si vis in verbis legati esset, cur ea Vlpianus omisisset?

71 Quapropter Bartholomæus Soci. dict. nu.12. existimat tex. in dict. §. filius. procedere in conditione, quæ inest substantię dispositionis. Conditio enim illa, quisquis hęres erit, secundùm eum exhæredationis substantiam respicit: tũc enim expressio conditionem operatur, eamq; sententiam probare conten dit ex. l. qui liberis. ff. de vulgari. licet ad pupillaris substitutionis validitatem insit ea conditio, si hæreditas ex patris testamẽto adita fuerit. l. 2. §. adeo. l. sed si plures. §. si ex asse. eodem tit. Quia tamen respicit substantiam, ea verba, quisquis mihi hæres erit, faciunt substitutionem conditionalem. Secus est in legatis, inquit Socinus, vbi conditio illa, si hæres adierit, ad effectualem executionem pertinet: vnde in his eius expresio non inducit conditionem.

Verùm hæc omnino falsa sunt, & contra iuris rationẽ. Tum, quia nulla potest discriminis considera ri ratio inter legatum, & exhæredatio-

dationem, cur in hac ad dispositionis substantiam in illo verò ad eius executionem conditio, quisquis erit, insit. Tum etiam, quia in exhæredatione, quod scriptus hæres adeat hæreditatem effectualẽ respicit executionem, & hæreditatis aditio ad eius confirmationem
72 efflagitatur. Deinde dict. l. qui liberis. ineptissime à Socino adducitur: mirorq; cum pro sua singulari eruditione, & Franciscum Aretin. quem ipse refert, id nõ aduertisse. Nam pupillari substitutioni inest ea conditio si ex paterno testamento adeatur hæreditas. si ergo ita sit filio pupillariter substitutum, Titiũ filio meo impuberi substituo, si quisquam mihi hæres extiterit, quis dubitabit nõ esse ex huiusmodi adiectione conditionalem effectam substitutionem, quæ nullo alio modo subsistere poterat? Aliud est & longe diuersum, quod dicitur in dict. l. qui liberis. id videlicet filio impuberi posse sub conditione substitui, hoc modo, quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit. Hunc enim habet sensum hęc adiectio, vt non aliâs quis existat hæres ex substitutione, quàm si ex institutione hæres fuerit: non tamen hoc inerat tacitè, nec sanę mentis quisquam id poterit affirmare. Tribus etenim hæredibus scriptis posset vel ab vno hæreditas paterna adiri, cæteri tamen recusantes à pupillari substitutione excludentur, non ob id, quòd tacita conditio, quæ substitutioni inerat, si adeatur patris hęreditas defecit, quæ iam vno adeunte extitit, sed ex eo, quia substituti erant sub conditione, si patri hæredes extitissent, quæ non inerat tacitè: quia licet insit substitutioni, vt adeatur patris hæreditas, non tamen vt adeatur per substitutos. Imprudens itaq; fuit hæc Socini consideratio: qui ex dict. l. qui liberis probari posse existimauit conditionem, quisquis hæres erit, facere substitutionem, seu exhæredationem conditionalem, vbi ea conditio prout tacitè inerat expressa fuit.

73 Vnde Iason in dict. l. 3. nu. 40. aliã affert huius difficultatis solutionem, vt scilicet, conditionis, quæ tacitè inerat, expresio vitiet quando contra formam actus, cui apponitur exprimitur. Sed hæc solutio, quæ est de mente Bartoli in. l. in diem. ff. de acceptilationibus apèrtè conuincitur ex dict. l. muto. §. si sub conditione. de tutelis. vbi tutelæ dario, quæ etiam conditionem non admittit, vt ibi, per conditionis, quæ inerat, expresionem nõ vitiatur.

74 Ego tamen, qui nunquam mihi tãtum sum ausus tribuere, vt quod cæteri non obtinuerint solum me putem assecutum, nec mediocri-

ter

ter horum grauissimorum Patrũ moueor authoritate, vbi in contrariam sententiam me euidens iuris ratio non impellit, hac certe in parte mihi temperare non potui, quin ab omnibus, qui de hac re hucusq; scripserunt dissideam.

Et in primis ex bene fundata iuris prudentia constituo etiam exhæredationem conditione, quæ eius executioni tacitè inest expres-
75 sa, quia non aliter expressa intelligitur, quam inerat, non effici conditionalem, nec actus originem suspendi: id enim in quacunque iuris parte receptum est. Nam & in tutela adiectio illa, si satis dederit, admonitionem magis, quam conditionem operatur ex Vlpiani sententia in dict. l. muto. §. si sub conditione. & in legato sunt iura expressa, in. l. in conditionibus. §. hæc scriptura. l. aliquando. 106. de conditionib. & demonstratio. Vnde & ab impuberis substituto fideicommissum relictum, si intra pubertatem filius decesserit, purum intelligitur. l. hæredis aditio. §. tractari. ff. quando dies legati cedat. idem probat. l. si dies. §. finali. l. si Titio. versiculo, quædam. eodem tit. & tandem tex. expressus in dict. l. 3. de legat. 1. Cuius regula, quin in exhæredatione locum habeat, non dubitabo aduersus cęteros affirmare. Nec enim vlla est ratio, quæ exigat cõditionem, quæ executioni inest exhæredationem, non legatum facere conditionalem. Vnde Accurs. in. l. si ita facta. scholio. 1. ff. de iniusto rupto. exhæredationem, de qua ibi, quæ sub conditione facta apparebat, ideò sustineri asserit, quia ea conditio tacitè intelligebatur inesse, & pro non scripta habetur, ideoq; puram nihilominus esse exhęredationem: inducitq; in id dict. l. aliquando, & alia iura in legato loquẽtia. Quòd si hoc negare velis efficies inutilem esse huiusmodi exhæredationem, si testamentum meum capitis diminutione, arrogatione, posteriore ve alio testamento non fuerit infirmatum, filius exhæres esto. quam validam esse nescio quis possit iustè diffiteri, cum ea sit conditio exhæredationi opposita, sine qua ipsa non potest consistere. Debet ergo pro pura haberi iuxta suprà tradita.

76 His proximum est cõditionem illam, si hęres hæreditatem adierit, non aliter exhæredationi inesse, quàm legatis, & cæteris omnibus in testamento contentis; quę, si nõ fuerit ex eo adita hæreditas, corruunt. l. si nemo. de testamenta. tutela. l. si nemo. de regul. iur. In quo video nostrates miserrimè deceptos. cum & legata, & exhæredationes sint ante aditam hęreditatem in esse producta: quę tamen veniũt ea non adita infirmanda & resoluenda, vt recte aduertit Cuman. in dict. §. filius, & in dict. l. 3. nu. 4.

77 Quapropter ego, nisi esset nimis audax hæc opinio, quam scio ante me tentasse neminem, exhęreda-

tionem illam, si quis hæres extiterit, secundum iuris principia deferiderem, cum ea conditio & ad confirmationem exhæredationis inesset, & expressa non operetur conditionem. Adducerémque pro hac sententia elegans Pomponij respõsum in.l. si quis Sempronium. 68. versiculo, sic enim.ff. de hæredibus instituend. qui sic reliquit scriptũ (sic enim filij exhæredatio cum eo valet, si quis hæres extiterit, & tamen nemo dubitat, si ita aliquis filium exhæredauerit, Titius hæres esto, & cum heres erit Titius, filius exhæres esto, nullius momenti esse exhæredationem) ecce differentiam indicat Pompon. inter exhæredationem illam, si hæres erit, & cum heres erit, vt illa valeat: quia & ad exhæredationis cõfirmationem inerat, & eodem modo exprimitur, quo inerat, hęc vero nullius sit momenti ex ratione Iuliani, quam Vlpian. refert in. d. l.3. §. filius. & mox explicabimus: quia post aditã hereditatem voluit eũ submotũ, quod est impossibile.

78 Repete antecedentem Pomponij propositionem, vnde illam decisionem deduxit, & probabilior fortè apparebit nostra noua traditio. (Quędam, inquit, si in testamentis exprimantur nullum effectum habent, quę si verbis tegantur eandem significationem habent, quam haberent expressa, & momentũ aliquod habebunt) Põponium sic declaro, ita concepta exheredatio, si quis heres extiterit filius exheres esto, implicitũ & verbis tectum habet aditę hereditatis tempus, & eandem significationẽ habet, quam si id esset expressum, ac robur obtinet. Quod si id tẽpus expressum fuerit ita, cum Titius heres erit, filius exheres esto, vitiosa esset exheredatio: quia post aditam hereditatem voluit eum submotũ. Sanè multò melius conuenit noua hæc nostra expositio Pompon. mẽti, quàm alia Accursij nostri, qui in d.l. si quis Sempronium. scholio vltimo, verba illa, filij exheredatio cũ eo valet, si quis hæres extiterit, ad subintellectam à lege cõditionem refert. Sed errat meo iudicio Accursius, & elegantem Pomponij argumentationem conturbat: quia illa verba, cum eo valet, item & illa, si ita aliquis filium exhæredauerit, verborum conceptionem à testatore factam ibi à Iurisconsulto proponi apertè insinuant. Deinde cur prior formula per (si) posterior per (cum) concipitur? Nam, si vera esset Accursij interpretatio, & recepta omnium Doctorum traditio, etiã posteriorẽ formulam expressisset per verbum (si) Iurisconsultus, cum secundũ istos in eo versetur differẽtia inter conditiones à Iuriscõsulto propositas, quod prior inerat, secũda exprimitur. Denique pura hæc exhæredatio, Titius hæres esto, filius exhæres esto, magis immediatè continet, quod Titius hæres sit, quam tempus, quo futurus sit.

sit. Vt ergo procedat Pomponij argumentatio debemus constituere expressam conditionem illam, siquis hæres extiterit: in hac enim continetur tempus, quo quis futurus est hæres, sed non exprimitur, vt in illa, cum hæres erit Titius, filius exhæres esto, prior exhæredatio valet. Quia ea conditio, quod Titius hæres existeret, tacitè inerat exhæredationi, nec quod videatur tacitè importare tempus, quo Titius futurus hæres est, vitiat exhæredationem: quædam enim, si verbis tegantur eandem significationem habent, quam haberent expressa, & momentum aliquod habebunt, vbi ibi Iurisconsultus inquit & probat. l. nonnunquam. ff. de conditio. & demonstrat. cum alijs. Posterior exhæredatio, in qua expresse in tempus aditæ hæredi-
79 tatis, origo exhæredationis suspenditur, vitiosa est: huic similis illa, quisquis mihi hæres erit filius exhæres esto, quæ expressum etiam habet ex vi verbi, quisquis, tempus quo quis futurus est hęres, nec tantũ, quod existat: vnde eam inutilem dixit ex Iuliani sententia Vlpianus in dict. §. filius. Non quidem, quia conditionalis est, vt vulgus interpretum perperam existimauit, id enim benè constitutæ iuris rationi repugnaret ex superius obseruatis; sed quia post aditam hęreditatem voluit eum submotum, quod est impossibile, id est filium noluit ante aditam hæreditatem exhęredem esse, quæ non potuit ab scripto hęrede adiri, filio pręterito & non interrupta dominij continuatione, quam lex in filium facit. Itaq; nec filius ante exhęres esse potest, quam extraneus hęres, nec ille hęres, antequam exhęres sit. Adnumerabitur ergo hoc illi impossibilitatis generi, quam perplexitatem nostri vocant in. l. si quis instituatur. ff. de conditio. institutio. vt Baldus adnotauit, in dict. §. filius. vbi Paulus Castrens. & Raphael Cuma. licèt sub conditione factam agnoscunt huiusmodi exhęredationem; rectè tamen impossibilem esse viderunt. Imò & Bartholomęus Socinus iustissimo Angeli Politiani testimonio, alter Papinianus appellatus dict. §. filius. num. 7. in fine, & in dict. l. 3. num. 12. non ex eo vitiosam esse illam exhęredationem, quisquis mihi hæres erit, quod conditionem in se haberet, sed ex eo potius, quod in diem facta censetur, cum iudicio aduertit is. Subtiliter agumẽtatus est de legato ad exhæredationem, probans adiectionem illam, quisquis mihi hęres erit, expressum habere tempus. Quia licet in legato non faciat conditionem, sicut nec in exhęredatione, aliquid tamen operatur, quia ante aditam hęreditatem obligationis ortum impedit ex his, quę Doctores notant in dicta lege tertia. Vnde & in exhęredatione impedit exclusionem ante aditæ hæreditatis

tempus. At ea suspensio legatum non vitiat, exhæredationem tamẽ inutilem reddit: quia impossibilitatem importat, quam suprà expẽdimus, & eam benè explicant Cuiacius, & Hotomanus in dict. §. filius.

Superioris tamen iuris traditionis, quam prosequimur filij exhæredationem purè cõcipiendam esse, ratio sat est in ambiguo. Quippè dubitandi ratio fortissima desumitur ex eo, quod exhæredationis nota iniuriam irrogat. l. Papinianus. ff. de inofficioso testamento. l. cum quidam. ibi, preter exhæredationis iniuriam. C. de legatis. Sed certum est minus affici filiũ ex conditionali exhæredatione, quam ex pura ex ꝑtrito iuris dicterio, quòd ea, quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione. l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa testamenti. ergo, quo magis per cõditionalem vitatur iniuria, eò magis valere debebat, argumento legis, multi non notæ. ff. de liberis & posthumis.

80 Ea tamen frequentius recepta ratio est, quam Accursius tradidit in dict. §. filius. verbo submoueri. ideò filium sub conditione, non ritè exhæredari, ne interim pendente conditione, reperiatur præteritus; quã Accursij rationem communem testantur Iason nume. 3. Socinus. 2. in dict. §. purè. Sed tamen Raphael Cuman. ibidem triplici fundamento impugnat hanc Accursij sententiam. Illud tamen præstantius est, quo Cuman. contendit eum, qui sub conditione exhæredatus est, non posse dici pendente conditione præteritum: nam imò eo tempore debet exhæredatus iudicari, cum & sub conditione institutus interim propriè dicatur institutus, adducitque in id tex. singularem in. l. mulier. §. finali. ff. de condit. institut. vbi conditioni, si me hæredem instituisti, quæ debet in specifica forma impleri, vt colligi solet ex. l. qui hæredi, &. l. Mæuius. de conditionib. & demonstration. paritum intelligitur, si testator in testamento hæredis substitutus fuerit: at substitutio conditionalis est institutio, vt patet ex. l. 1. ff. de vulgari: ergo sub conditione institutus propriè dicitur institutus, ac per consequens & sub conditione exhæredatus, propriè exhæredatus iudicabitur.

Verùm, quia tex. in dict. §. finali, non minimam continet difficultatem, vixque potest in proposito articulo perfecta tradi resolutio, nisi prius de ipsius constet intellectu, is erit necessario discutiendus. Et sane exercuit illius tex. difficultas interpretum omnium ingenia, vt videre licet ex pluribus eius resolutionibus, quas retulit Barberanus hic nu. 216.

81 Cæterùm Bartholom. Socinus in. l. 1. de vulgari prima lectura nu. 1. in fine, &. 2. lectura nu. 4. Iason in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 29 vbi Carol. Ruinus nu. 34. de liberis

&

& posthumis. Lancelotus Galiaula in.l.centurio.nume.114.de vulgari. rationem habent, quod in eo Labeonis responso conditio fuit in præteritum tempus collata, quæ proprie non est conditio. l. cum in secundo. ff. de iniusto rupto.l.cùm ad præsens.ff.si certum petat.l.institutio talis.§.finali, de condit. instit. l.3.§. si patronus. ff.de bonis libert. Vnde non mirum, si in ea non requiratur implementum in specifica forma, sed sufficit, si per ęquipollens conditioni pareatur. Quod vel ex eo nituntur suadere nonnulli, quia illa conditio de præterito, necessaria videtur, non voluntaria, ac proinde implementum recipit in æquipollenti, iuxta notata per Bartolum, & omnes ibi in dict. §. & quid si tantum.nu.2.in fine.

82 Sed hęc solutio non videtur posse admitti; quia licet inter conditiones de præterito, & conditiones de futuro soleat considerari differētia, quoad suspendendum, quod verò attinet ad implementum, & voluntatis interpretationem, nulla potest idonea assignari diuersitatis ratio; cum perinde sit implenda in præteritum tempus collata conditio, habita ratione præteriti, quēadmodum & quæ in futurum collata fuit. Item quod de conditione necessaria dicunt isti, probari non potest. Tum, quia illa, quæ notantur in dict.§.& quid si tantum. locum habent in conditione necessaria ad actum, non vero in necessaria simpliciter: vnde illa, si me hæredem instituisti, magis est inter voluntarias collocanda, vtpote quæ nulla iuris necessitate præordinatur ad actum alterius institutionis. Tum etiam, quia conditio, si me instituisti per substitutionem, non potest dici in æquipollenti impleri, cum non idem effectus resultet ex substitutione, qui ex institutione, argumento.l.3.ff.de adquirend. hæredita. Vnde ex his & alijs suprà scriptam differentiā improbarunt Decius in rubrica nu. 2. suprà hoc tit. Curcius Iunior in rubrica nu.10. infra de impuberum & alijs. Ripa in. l.1.nu.3. de vulgari Barberanus dict.nu.216.& tandem Costa in.c. Si pater.1.parte.verbo, instituendo,
83 nu.6. Nec quenquam moueat Iurisconsultum ibi expressim loqui in conditione in præteritum tempus relata, quasi hæc non ità vere adimplenda sit sicut conditio de futuro, id enim ex eo contingit, quòd si institutio ibi sub cōditione facta proponeretur, qua in futurum tempus concepta fuisset, nullius esset momenti, vtpote captatoria, vti Accursius ibidem ex vulgato iure legis. captatorias. & legis. illa autem. ff. de hæredibus instituendis.l.primę. ff. de ijs, quæ pro non scriptis habent. rectè explicauit. Qua in re video improuido & iuuenili errore lapsum Ludouicum Gomes. in dicto.cap. si pater.nume. 8. & .13. qui ad notissimum illud iuris principium non aduertens Iurisconsultū

in dict.§.finali, loqui potuisse de cõditione, quæ esset in futurum tempus collata inconsiderate protulit.

84 Quare Philippus Decius vbi suprà respõdendum existimat in specie tex. in dict.§. finali. testatorem dixisse alternatiuè, Titium mihi hæredem instituo, si vel me ipse testamento suo instituit, vel mihi aliquid legauit. Proinde si Titius Caium testatorem secundo, vel vlteriori gradu hæredem instituit, paritum erat alteri ex duabus conditionibus alternatiuis, si non illi, si me instituit, saltem illi, si mihi aliquid legauit: ex qua satis constat testatorem minimè se ad primo gradu factam institutionem restrinxisse, cum ei quocunque legato relicto satisfaceret hæres, & cum conditio secundũ verba videretur impleta, si hæres testatori minimum aliquid legasset argumento.l. si seruum.§. Prætor ait. iuncta glossa verbo, vna res. ff. de adquirenda hæredita. multo fortius secundùm testatoris voluntatem videbitur impleta conditio, si is ab hærede quocũque gradu fuisset institutus.

85 Sed tamen ea Decij consideratio, quam à iuris eruditissimis in his scholis probatam scio, vix vnquã mihi potuit arridere, qui semper certissimum, & extra omnem positum esse controuersiam perspexi, Labeonem in dict.§. finali. haud quaquam vnam institutionem sub duabus conditionibus alternatiuis factam intellexisse, sed potiùs duas separatas institutionis conditiones proposuisse, duasq; omnino distinctas conceptiones tractasse. Prima est, Instituo Titium, si me hæredẽ instituit. Secunda, instituo Titium si mihi aliquid legauit. Et in vtraq; respondit Iurisconsultus conditionem de præterito esse veram, quocunq; gradu testator fuit institutus in prima specie, & quocunq; gradu ei legatum est in secunda: nam vt hæredibus, ità & legatarijs vulgariter substituitur.l. vt hæredibus. ff. de leg. 2.

86 Planè nouum intellectum, quẽ Gomes. tentauit in dict. c. si pater nu. 12. vix relatu dignum existimo. Intellexit enim eam mentem Labeonis esse in dict.§. finali, vt sufficeret testatorem institutum fuisse primo gradu, sed cum alijs primo nominatis. Quasi posset dubitari, vtrũ illa conditio, si me hæredem instituit, non diceretur extitisse, nisi Titius me primo loco hęredem instituisset: cum tamen constet, quod si testator nominaueri tex ordine cẽtum hæredes, non substituẽdo vnũ alteri, omnes dicuntur primo gradu instituti, vt probatur in.l. 1. ff. de vulgari. ac proinde de tali specie apud Labeonem nullatenus dubitatum extitisse.

87 Vnde his & alijs explosis interpretationibus, pro vera dicti.§. finalis explicatione constituendum est substitutionem proprie dici posse institutionem, vt Bartolus docuit in dict.§. finali Accursius in.l. Gallus.

lus.in princ.verbo posse.ff.de liber. & posthumis.tuentur Iason in.l. Centurio.nu.62.de vulgari. Carolus Ruinus in dict.l. Gallus.§. & quid si tantum.nu.34. Curcius Iunior nu.10. Corrasius.7. in Rubrica.C.de impuberum & alijs.&post alios Petrus Peralta in rubrica nu. 18.ff.de hæredi.institut. Costa dict. verbo,instituendo,nu.5. Quare & conditio illa, si me hæredem instituisti, secundum verborum figurã & proprietatem expleta dicitur, si me vulgariter substituisti in specie
88 tex.in dict.§.finali, vbi elegans incurrit dubitatio, quo ad testatoris voluntatem,quæ in conditionibus primum locum solet obtinere. l.in conditionibus.l.pater Seuerinam. ff.de condit.& demonstrat.ac proinde ipsa potiùs, quam verba, quibus per secundo gradu factam insti tutionem paritum intelligitur iux ta suprà tradita inspici debuit. Voluntatis autem coniectura ea quidem non contemnenda considera ri posse videbatur, quod is, qui Titium hæredem instituit primo gra du sub cõditione, si Titius eum institituisset manifestè de simili institu tione, hoc est, primo gradu facta sensisse credendus erat. Sed contrarium nihilominus Iurisconsultus respondit ex eo, quòd non est temere, & nisi id euidens voluntatis exposcat coniectura, à verborum proprietate, quæ secundo gradu fa ctæ institutioni conueniebat, recedendum, ex regula legis, nõ aliter. ff.de leg.3. Deinde etiã ex eo, quòd in dict.§.finali. in præteritum tempus collata proponitur conditio, vnde non fuit in ea admittẽda prędicta voluntatis coniectura, cum factum præteritũ variari non possit. Certè si in futurum concepta ea conditio non esset captatoria admittenda esset ea coniectura, nec aliâs impletam diceremus conditionem, quam si hæres testatorem primo gradu hęredem instituisset. Hic itaque verus & elegans sensus est dict.§.finalis, quem ibi expressit subtilissimus Raphael Cuman. notans ex eo text. conditionem, si me instituisti, videri impletam per institutionem præteritam, etiam millesimo gradu factam. At dum
89 nonnulli Cumani mentem non rectè percepissent, video eos subtilem hanc considerationem cum Socini differentia, quam improbauimus incuriose confudisse. Raphael nanq; rationẽ habuit in pręteritum tempus collatæ conditionis circa admittendam voluntatis supra scriptam cõiecturam, Socinus & reliqui, quo ad implementũ inter conditiones de præterito & conditiones de futuro considerarunt differentiam, & illas non ità vere sicut has implendas existimarunt, quod nequaquam Cumanus voluit.

Vides ergo qualiter adhuc vrgeat difficultas, quã contra receptã Accursij rationem opposuimus: quod cum sub conditione institutus pro

prie iudicetur institutus, & sub cõditione exhæredatus dici debebit exhæredatus. Sed certè Iason in.d. §.purè nu.3. filij institutionem, vel exhæredationem à cæteris nõ ma-
90 lè videtur seiunxisse. Nam licèt cõditionalis dispositio, quo ad executionem tantum, sit imperfecta; id enim est quod conditio suspendit, & differt, quo ad formam enim & essentiam perfecta est, & propriè talis dici potest.l. vsusfructus in fine. ff.de stipula.seruorũ sentit Accurs. in.l. necessario. §. si ita res. verbo, perfectam. ff.de periculo, & com-
91 modo rei venditæ. vnde interpretari debet (vt id obiter aduertã) quòd Iulianus scripsit in. l. 1. ff. de donation.sub conditione factam donationem propriè dici non posse donationem; quem tex. Accurs. ibi, verbo, secutum, ad eas tantum donationes, quæ cederent in donantis vtilitatem restringendum putauit, cùm tamen huic intellectui nõ parũm illius legis, generalitas, resistat: verius igitur intelligi posse videtur, quòd cùm donatio olim nõ conuentionis, sed adquisitionis genus esset, vt tradit Raphael Cumanus in.l.in ædibus.§.1.nu.3. ff.de donation.Fulgosius in.l.2. nu.6. C.de condictione ob causam. latè prosequitur Fortunius in.l.iurisgẽtium. nu.25.ff. de pactis.explicant Hotoman.in disputatione de donation. in princ.Corrasius in.l. post contractum nu. 3. Cuiacius in paratitlis, ad titulum, de donation. Anto. Cõcius lib.1. disputationum. c.12. Petrus Faber in.l.diuus.ff.de regul.iuris & satis apparet ex principio institutio.de dona. à traditione enim exordiũ sumit donatio, & ab actu exequendi nomen sortitur, nec anteà donatio dici potest, quàm datum sit cum ex ipsa datione nomẽ mereatur.l.senatus.§.donatio.ff.de mortis causa donationibus. docet Bartolus in dict.l. iurisgẽtium nu. 2.& alij, quos refert Dom. Anton. de Padilla in.l.naturalis.nu.25.ff.de præscriptis verbis.quidquid perperam sibi contrarium persuaserit D. Ferdinandus de Mendoça lib.3.disputationum.c.3.num. 11.aduersus quem nos aliquando animaduertimus. Cum igitur conditio executionem suspendat, non mirum si his actibus apposita qui ab executione incipiunt, eos non esse propriè tales efficiat. Quare cum filius (vt ad Iasonẽ reuertamur) per conditionalem exhæredationem non posit dici pendente cõditione exclusus, quia sunt omnes exhęredationis effectus suspensi, non videtur ex prædicto argumento Accursij sententia conuinci.

Verùm adhuc ex eo suspecta est Accursij supra scripta ratio, quod quomodocunq; sit is, qui sub conditione exhæredatus est, pẽdẽte cõditione non potest dici præteritus.
92 Quapropter verior ratio est, quæ colligitur ex Accursio hic verbo, non videtur; quia, scilicet, filius ità debet institui vel exhæredari, vt

nullo

nullo casu posſit reperiri præteritus, ſitq́; paritum in omnem euentum formę legis inter cætera.ff.de liber.& poſthumis,ac proinde ſub conditione cõcepta exhæredatio non ſuſtineatur cum posſit filius deficiente conditione reperiri præteritus.

Poteram ſanè hic plura contexere de exhæredatione ſub impoſſibili,vel poteſtatiua conditione facta,itẽ & de illa quæſtione, vtrùm hæc iuris regula, qua docemur purè exhæredationem concipi oportere, ſit extendenda vt procedat etiam, vbi filius ſub cõditione exhæredatus in eius defectum inſtitutus proponitur, ſic limitata noſtræ legis deciſione vt non procedat èconuerſo; deniq́ue & de alia Coſtæ opinione,qui ſpeciale dixit, in filio ſuo hærede,quod ſicut non poteſt ſub conditione inſtitui, ità nec ſub conditione posſit exhæredari, Sed de his omnibus nunc ſuperſedendum cenſui, ne hi commentarij iuſtos ſcholaſticæ relectiunculæ egrediantur cancellos, & in libri videantur volumen excreſcere, quo nihil alienius à noſtro propoſito, & ab ordinario legendi & ſtudioſam iuuentutem veraiuris prudentia informandi munere occupato homine eſſe poteſt. Veniamus itaque ad principalem tex. concluſionem.

CVm igitur iam ex his, quæ ſumus hac diſputatione conſectati, rectè poſſe filium ſub facili conditione inſtitui,& ſub nulla eũ debere exhæredari conſtet, nunc ſciri oportet filium ſub difficili cõditione poſſe inſtitui ſi in eius defectum exhæredetur, item poſſe conditionalem eſſe exhæredationem, ſi in defectum fiat conditionalis inſtitutionis. Itaq; exhæredatio,quæ de ſe eſſet nulla, & inſtitutio etiam, quæ eſſet nulla ratione conditionis ſi cõmiſceantur valet.

Stat igitur dilucida noſtri text. concluſio, qui filium in poteſtate ſub conditione, quæ in ipſius poteſtate nõ eſt hæredem inſtituit, nec in defectum eius exhæredauit iure teſtatus non videtur,idem probat. l.filius à patre.28. ff.de liberis & poſthumis.l.ſuus quoq;.ff.de hęredibus inſtituend.& ità eſt intelligendum Pauli reſponſum in.l.Lucius. 82.ff.de conditio.&demonſtratio.
93 qui ſic reliquit ſcriptum, Lucius Titius ità teſtamẽtum fecit, Aurelius Claudius natus ex illa muliere,ſi filium meum ſe eſſe iudici probauerit hæres mihi eſto,Paulus reſpondit filium, de quo quæritur, non ſub ea conditione inſtitutum videri, quæ in poteſtate eius eſſet, & ideo teſtamentum nullius eſſe momenti. Cuius reſponſi ea ſolet cõſiderari ratio, quod teſtator probationem requirens videtur intellexiſſe de vera probatione, quæ reſpectu patris non ſolum eſt difficilis, ſed etiam cẽſetur impoſſibilis, ſed



vt docet Accurs.in.l.quia semper. ff. de in ius vocando. idem Accursius in.d.l.Lucius.gl.finali, vbi id tradit Bartol.& in.l.1.nu.2.(quorũ bonorum.Baldus in.l.filium.ff.de ijs,qui sunt sui,vel alieni iuris. Panormitan.in cap.series nu.2.extra de testibus Hippolytus in rubrica nu.9.C.de probationib.Beroius in rubrica extra de probatio. nu.54. Paul.Paris.consil.10.nu.39.lib.2.& dicit communem Philippus Decius in cap.in præsentia nu.77.extra de probation.& qui plures refert Iacobus Menochius lib.2.de arbitrarijs.centuria 1.casu.89.nu.11. Quod vel ex eo probatur, quia fieri non potest necessaria probatio, nisi testes de certo & proprio sensu possint attestari l.testium vbi glos.C.de testibus. docet Bartolus in.l.admonendi nu.18.& ibi Ripa nu.82.ff.de iure iur. Vnde cum filiorum procreatio non cadat in certum hominis sensum, deducitur filiationem verè probari non posse.

Cæterum ex his colligebãt Bar. & Albericus in dict.l.Lucius.quòd vbi in dispositione hominis fit mẽtio probationis intelligitur de vera probatione, non autem de præsumptiua, cum de vera accipiatur testatoris dispositio in specie dict. l.Lucius.quam doctrinam extollit Iason in.l.ait prætor.§.si iudex nu. 33.& ibi Ripa ex nume.10.ff.de re iudicata.

Sed aduertendum est tex.in.d. l.Lucius.procedere quando probationis fit mentio per viam conditionis, cui id est natura insitum iuxta vulgarem nostrorum traditionem, vt exigat implementum ex præscripto, & in specifica forma l.qui hæredi. l. Mæuius. ff. de conditio. & demonstratio. Vnde melius videtur ex eo tex. adnotasse Alexander in. l.licet imperator. nu.4.ff.de legat.1.quòd probationi conditionaliter requisitæ intelligitur satisfactum ex vera probatione,non ex ea,quæ ex præsumptionibus inducitur.Quam Alexandri sententiam sequitur Decius cõsil.11.nu 14.Sebastia. Sapia in.l.de ætate nu.24.ff.de minor.

95 Sed certè nec ea Alexandri collectio videtur vera; quia cum præsumptio legis habeatur pro liquidissima probatione ex authoritate glossæ receptæ in.l. penultima. C. de periculo tutorum. quantũcunq; conditionaliter probatio requiratur,non videtur exclusa hæc præsumptiua probatio: quod in specie colligitur ex.l.1. iuncta glo. finali. C. quorum bonorum, & ex cap.Michael.iuncta glo.verbo, cõstiterit.extra de filijs presbyterorum. & ita tenet Decius in rubric. nu.155.extra de probation. & in.l. qui accusare.in fine.C.de edendo. & in.l.1.nu.7.C.de testamento militis.Ioannes Crotus in.l.sciẽdum nu.10.ff.de verborum obligatio.

Alciat.

Alciat.de præsumptionib.3.parte in principio.

96 Nec his obstat tex.in dict.l·Lucius.Felinus nanq; in dict.rub.extra de probatio.nu.3.respondit testatorem ibi de ea probatione intellexisse, quæ ex præsumptionibus inducitur. Ideò tamen filij institutionem vitiari, nam eam conditionem etiam ad hanc probationem relatam, licet non impossibilem difficilem tamen esse, oportet agnoscere, cũ teneatur filius probationes conquirere & testes producere: hac ratione nullius momẽti testamentum est: nam filius familias à patre institui, nisi sub facili cõditione nequit, iuxta nostri text. decisionem, quem intellectum sibi adscripsit Decius in eadem rubrica de probation.nu.56.sequuntur Ruinus in.l.Gallus.§.& quid si tantum.nu.33.Menchaca de successionum creatione.§.17.nu.56. & ante eos tenuit Baldus hic num. 10.& sensit Accurs.in d.l.1.verbo filio.C.quorum bonorum. Verũ hæc interpretatio sustineri nõ potest; quia probare filiationem ex sola iuris præsumptione, non debet difficile reputari, vt expresse inquit Baldus in dict.l.1.in fine.C. quorum bonorum,& in effectu ita dit idem Baldus hic nu.10.qui dixit aliâs omnem probandi conditionem eo respectu mixtam reputandam. ¶Reiecto igitur alio Menochij intellectu dict.casu.89.

97 nu.10.veriùs constituendum est, quòd testator in specie dict.l.Lucius, qui sciebat Aurelium Claudium esse in quasi possessione filiationis, exigens ab eo filiationis probationem, vt conditio aliquid operetur; aliam probationem videtur requirere, quam eam, quę ex quasi possessione resultat, & aliter voluisse creditur Aurelium se iudici filium probare, quàm sibi probatus erat argum l.si iam facta.11.de cond.& demonstra. Aliâs enim, si ei, qui erat in quasi possessione filiationis necessitas iniuncta intelligeretur probandi se filium esse ex vulgaribus coniecturis, facillima deberet existimari conditio, nec testamentum nullius esset momenti, quasi filio sub difficili conditione instituto: ergo conditio ad probationem euidentioribus coniecturis faciendam ex testatoris voluntate manifestè fuit referenda, quamuis non accipiatur de vera probatione, quæ est impossibilis. Cum itaque illæ in hac specie non admittantur coniecturæ, quę aliâs sufficiunt, conditio difficilis existimatur, & nullius momenti testamentum fit. Ita rectissime interpretatur Raphael Cuman.in dict. l.Lucius.quem sequitur Crotus in l.sciendum nu.12.de verborũ obligation.Andr.Alciat.de pręsumpt. 3.parte in princip.nu.4.& eleganter prosequitur Emanuel Costa in §.& quid si tantum.5.par.nu.41.

98 Cùm

98 Cum tamen huc ventum sit prę termittere nō possum, quod à nōnullis scio dubitatum circa dict. l. Lucius. vtrum, scilicet, cōditio impossibilis filij institutioni adiecta vitiet testamentum, an verò id sustineatur imposibili conditione reiecta. Et Bartolom. Socin. in. l. 3. §. pure. nu. 3. de liberis & posthumis. ipsam conditionem vitiādam sensisse videtur. Pro qua sententia potest considerari, quòd cùm in quacunq; causa conditio imposibilis pro non scripta habeatur. l. obtinuit, de conditio. & demonstratio l. 1. de cond. inst. etiam in filij institutione non debuit dispositioni officere. Deinde expēdi posse videtur. l. si filius. ff. de hæredibus instituēd. l. ex facto. §. Lucius. de vulgari. vbi filius extraneo substitutus, à quo præteritus fuit, habetur pro purè instituto. quia illa conditio, si Titius hæres non erit tollitur.

Verùm hæc sententia omnino falsa est, nec vllo modo defendi potest. Contrarium namq;, imò inutile esse testamentum, in quo filius sub imposibili conditione institutus proponitur, tenuit Accursius in. l. suus quoque. verbo. constat. ff. de hæredib. instituend. docent Bartolus & alij in. l. 1. num. 12. ff. de conditio. institutio. Quod in primis probatur ex eo, quòd ad hoc, vt testamentum nullius momenti sit, tantum inspicimus filium sub conditione, quæ non est in eius potestate institutum deprehendi iuxta nostram legem. & text. in dict. l. suus quoque. facit secūdò. l. filius. ff. de condit. institut. de cuius intellectu sumus disputaturi infrà nu. 127. Constat enim ibi filio sub turpi conditione instituto testamentum nullum esse, & tamen turpes conditiones perinde ac imposibiles solent reijci. l. conditiones. ff. eodem tit. de condit. instit. l. non dubitamus de condit. & demonst. l. reprehēdēda. infrà hoc tit. Expēditur deniq; pro eadem sententia dict. l. Lucius. qui tex. id non probat. Nam etsi testator qui non fuit contentus ea filiationis probatione, quæ ex præsumptionibus colligitur, de alia intellexerit probatione, non tamē debemus superiorē exclusa ad illam, quæ imposibilis est, recurrere, sed mediam eligere, hoc est, eam, quæ suspicionem testantis apud iudicem diluat. Nec obest imposibilem conditionem pro non scripta haberi: nam licèt ea iuris authoritate tollatur, tamē testator, qui huiusmodi conditionem filij institutioni adiecit, peccauit in forma institutionis, & ideo testamentum non valet iuxta. l. cū hi. §. si prætor. ff. de trāsaction. Præterea non obest. dict. l. si filius. nam illa conditio, si extraneus hæres nō erit, à quo prætetitus est filius, non est impossibilis, sed potius necessaria, nec tollitur de institutione,

ne, sed habetur pro impleta: quia gradus institutorum perimitur necessariò, & re ad secundum gradũ deuoluta, in quo filius est institutus, exinde initium sumit testamẽtum ex.d.l. si filius. cum simil. fuerunt hæc, si non hic, alio nec tam apto fortasse loco discutiẽda, quapropter non debet ægreferre lector, si fusius aliquanto in eorum tractatione immorati simus.

99 Superioris autem conclusionis rationem assignat Accurs. hic verbo, non videtur: quia, scilicet, testator, qui filium sub fortuita conditione instituit, non videtur in omnem euentum prospexisse, nisi eundem sub contraria conditione exhæredauerit. Aliâs filius, qui se deficiente conditione reperiret præteritũ, iniustum faceret patris testamentum; quæ ratio cessat vbi filius fuit in defectum conditionis exhæredatus, & ideò tunc iure testatus parens videtur: quã rationem probat Bartolus hic nu.1.& est communiter recepta, vt constat ex Iasone nu.8. Barber. nu.4. Sed eam improbarunt posteriores: nam, si hęc Accursij ratio vera esset, deberet valere filij institutio sub duabus cõtrarijs cõditionibus cõcepta, quia tũc nullo casu deprehẽditur filius præteritus. Tamen ea institutio non videtur posse sustineri ex tex. eleganti in.l. huiusmodi. ff. quando dies legati cedat. vbi relictum sub duabus conditionibus contrarijs, etiam si certũ sit alterutrã debere existere, tamen à legatario illis pendẽtibus decedente non transmittitur. Quẽ tex. extollit Ludouicus Romanus singulari.89. & ex eo plane videtur deduci, non valere testamẽtum in quo filius sub duabus cõditionibus contrarijs institutus proponitur; quoniã adhuc verum est dicere eũ sub casuali conditione institutum. Quo argumento glo. rationem impugnarũt Fulgos. hic nu.5. Raphael Cuma. in.d.l. suus quoq;. num. 1. sequuntur Alexand. hic nu. 6. Iason nu.9. Socinus in.l.3.§. purè. in fine. de libe. & posthu. Menchaca de successionum creatione.§.20.nu.76.

Verumtamen hoc argumẽtum non est tanti, vt possit alicui Accursij rationẽ dissuadere: verius enim & tutius semper existimaui, posse filium sub duabus contrarijs conditionibus instituir: idque ea ratione, meo iudicio, euidẽtissima. Nam si valet testamẽtum, in quo filius instituitur sub conditione fortuita, si modo fuerit exhæredatus in defectũ, vt in nr̃o tex. multò magis valere debet, vbi filius sub fortuita cõditione institutus in eius defectum etiã instituitur, ne quod fauoris illi indultũ est, qui filium suum exhæredauit, & à propria successione remouit, ei non cõcedatur, qui ipsum instituit, cõtra regulam.l. cum quidã. ff. de lib. & posthu. Et ità tenuerunt Paul. Castrẽs. hic nu.11. Decius nu.12. latè Barberan. ex nu.128. qui facit, vt hic ego breuior sim. Nec obest filiũ sub duabus contrarijs cõditioni-

ditionibus institutum antequam alterutra existat posse dici sub conditione institutum ex dict.l.huiusmodi. Nam, licet filius proponatur institutus sub conditione, si tamen ita sit institutus, vt nullo casu possit reperiri præteritus valet proculdubio testamētū ex nræ. l. decisione iūctis his, quæ suprà docuimus.

Deniq; contra eam glo. rationē rursus vrget: nam etiam filius sub casuali conditione institutus, & in eius defectum exhæredatus potest aliquo casu reperiri præteritus, videlicet, si pendente cōditione decedat. Sed de re hac mox deliberabit.

100 Vnde iam aduersus nostri tex. decisionem grauis, & pene inextricabilis insurgit difficultas ex obscurissimo Triphonini Iurisconsulti responso in.l.filius à patre.28.ff.de libe.& posthu. qui respondit in hæc verba (Filius à patre, cuius in potestate est, sub conditione, quæ nō est in eius potestate, hæres institutus, & in defectum conditionis exhæredatus decessit, pendente etiam tunc conditione tam institutionis, quàm exhæredationis. Dixi eum hæredem abintestato mortuū esse, quia dum vixit, nec ex testamento hæres, nec exhæredatus fuit.) Planè mouet difficultatem, quòd aut testamentum, in quo filius in potestate est, sub fortuita conditione institutus, & in eius defectum exhæredatus, debuit nō valere propter imminens periculum preteritionis cōtra id, quod asserit Alexand. Imperator in hoc tex. aut si id secūdùm iuris regulas factum est, nō debuit ex eo, quod posteà euenit infirmari iuxta tex. in. c. factum legitime. de regul.iur.lib.6.&.l.2. ff.de itinere actuq; priuat. cum tamen contrarium Triphoninus scripserit.

101 Quam difficultatem, vt componant interpretes omnem (quod dici solet) mouent lapidem. Et sane Accursius noster, vt ab eo incipiamus in. d.l.filius à patre. verbo, nec ex testamento, postquam in scholio primo tentauerat manifestā illius legis, verbis, vim, inferens eā ad potestatiuam cōditionem, quæ vltimo vitæ spiritu impleri non poterat, referre tandem ibi constituit ob eam rationem testamentum nō valere in specie proposita. d.l.filius à patre. quia solus filius erat hæres institutus, nullusq; ei cohęres attributus: & sic adueniente conditione exhęredationis nō aderat cohæres, cuius aditione confirmaretur, ac proinde exhæredatio redditur nulla.l.filium.§.sed cum exhæredatio.ff.de bonor.poss.contra tabul.l. si ita scriptum.13.§.finali.ff. de liberis & posthu. & quasi filio præterito vel saltem sub difficili conditione instituto, nec in defectū ritè exhæredato ad intestati exitum res deducitur. Quam Accursij solutionem probat ibidē Bartolus in principio, & communem asserunt Aretinus ibi nume. 2. Iason. 9. & 12. suadeturq; hic intellectus ex versiculo, hęrede autem, eiusdem legis, qui

qui attenta natura aduersatiuæ dictionis, autem, de qua superius tractauimus ad.l.si libertus. §. si libertinus. versiculo, existimo. de bonis libertorũ. probat apertè in principio non fuisse vllum cohæredẽ, vel substitutum filio datum, vt ille versiculus superiori rectè aduersetur. Infertur itaq; ex his vtilis declaratio ad nostram leg. si pater. vt non aliàs procedat, quàm si cohæredẽ, vel substitutũ filius habeat, cuius aditione cõfirmetur exhæredatio.

Sed tamẽ recepta hęc Accursij & Bartoli interpretatio ex sequẽtibus apertè falsa conuincitur. In primis, si in.d.l. filius. nullus esset cohęres filio adiunctus, cuius aditione posset confirmari exhæredatio ab initio nullum esset testamẽtum, quia exhæredatio nulla erat ex. d.§. finali. vnde preteritus diceretur filius, quasi inutiliter exhęredatus. l. non putauit. §. non quęuis. ff. de bonorũ possessione cõtra tabulas. & sic nequaquã Triphoninus diceret testamentum eo demum moriente destitui & eo tẽpore ipsum abintestato patri hæredem fieri. Deinde nec pendere dici posset conditio exhæredationis, quæ nulla erat: quia actus ab initio nullus pendere non dicitur, vt tradit glo. singularis iuncto tex. in.l. si seruus communis ità stipuletur. 21. verbo, non posſit. ff. de stipulatione seruorum. Præterea quod Triphoninus ait, filium exhæredatũ de valida exhæredatione accipi debet argumento. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata. & sic non de ea, quæ cohæredis vel substituti aditione confirmari nõ potest. Rursus Iurisconsultus, non ea ratione nititur, quod filij exhæredatio non potuit aditione cõfirmari: sed quia is dum vixit, nec ex testamento hæres, nec exhæredatus fuit. Quod si alia fuisset illius decisionis ratio nequaquam eam Iurisconsultus omisisset, vt ad.d.l.3. de legat. 1. cum Socino & Alciato ibi obseruatum est suprà. Deniq; tentari potest exhæredationem non esse nullam, licet filius non habuerit cohęredem. Id enim verum est, vbi res in exhæredationis terminis inhæsit, nõ vbi cum exhæredatione iuncta est institutio, quasi tunc exhæredatio magis institutionis, quam propriam sortiri debeat naturam, vt asseruit D. Franciscus Sarmien. in dict. l. filius à patre. numero finali. qui mouetur ex nostro tex. vbi nulla cohæredis mentio fit. Quamuis hęc doctrina mihi aliquantùm sit suspecta, cum non alio nitatur argumento, pręter id, quod deducitur ex hac. l. quod tamen debile est. Frustrà enim Imperator, si cohęredem ad exhæredationis cõfirmationem etiam in his terminis requiri certum esset, cohęredis dationem proposuisset: ipsa enim vis verbi, exhęredauit, omnia illa importat, quę ad legitimè faciendam exhæredationẽ desiderantur, atq; ita omnes hic filio cohæredem fuisse datum præsupponunt.

102 Nec communi interpretationi fauet versiculus, hærede autẽ, dict. l. filius à patre. is enim recte potest præcedentibus aduersari, tametsi in principio tex. filio cohæredem esse adiunctum agnoscamus, vt latè probat Iason. in dict. l. filius à patre. nu. 6. Idq; vel ex eo constabit, omissis his, quæ Iason cõgerit. Nã, cùm Iurisconsultus docuisset post filij mortem existentem institutionem, vel exhæredationem haberi pro non facta, cui casui similis ille est, quo filij exhæredatio, nisi post mortem eius, non potuit confirmari, veluti cum ex hærede scripto filio quisquam post eius mortem hęres institutus est, iuxta decisionem l. si ita scriptum. §. finali. ff. de liberis & posthum. meritò in versiculo, hærede autem, Triphoninus subijcit, secus esse vbi filius fuit ex parte hæres scriptus; tunc enim potest post filij mortem cohæres institui, cùm nulla sit exhæredatio, quæ cohæredis aditionem viuo filio ad sui confirmationem requirat, quæ clarius percipies vbi verũ dict. l. filius à patre acceperis intellectum.

103 Vnde Christophorus de Castellione insignis (vt ferũt) subtilitatis, quem sequitur Fulsos. hic nu. 5. Cuman. & Paul. Castrens. in. d. l. filius à patre in princ. vbi latè Iason nu. 13 constituit in dict. l. filius legitimè factam exhæredationem, dato cohærede, filio tamen decedente antequam conditio vel existat, vel deficiat, testamẽtum destitui, & ipsum filium abintestato patri hæredem effici ex ratione, quam Triphoninus exprimit; quia, scilicet, dum vixit, nec ex testamento hæres, nec exhęredatus fuit. Itaq; in extremo vitæ filij momento certum esse incipit testamento non amplius locum futurum: nam eo tempore filius præteritus deprehẽditur; cum nec institutionis cõditio extiterit, nec exhæredatio per aditionẽ post mortem filij faciendam, possit confirmari ex. d. l. si ita scriptũ. §. finali. plane cohęres filio attributus non potuit adire hęreditatẽ, donec essent testamẽti vires exploratę, quæ nõ defertur ex eo testamẽto, quod infirmationis periculo subiacet. l. ventre. ff. de adquirend. hæreditate. l. suus quoq;. in principio. versiculo cum & si patrem. de hæredib. instituend. l. penultima. ff. de iniusto rupto. Ac exinde consequitur omnia iura loquentia de filio in potestate sub fortuita cõditione instituto & in defectum exhæredato, ità demũ procedere, si viuo filio alterutra cõditio extitit: si enim is vtraq; pendente moriatur testamentum euanescit. Sanè in nostra lege, cùm cõditio, si in patriam reuersus fuisset, partim penderet ex facto filij, non potuit dici eo moriente pẽdere, sed institutionis conditione deficiente contraria exhæredationis extitisse. At vero. d. l. filius à patre, ex horum sententia procedit in cõditione casuali, quę cũ vsq; ad mortis filij pfectæ tẽpus pẽdeat, cohęres, nisi post

mortẽ

morte filij nõ admittit, & sic filius moriens intestato patri hæres existit, eo tẽpore destituto testamẽto iuxta illud Triphonini respõsum celebre. Nec dici potest existẽte, vel deficiente posteà cõditione filium retro fingi vel institutum, vel exhę redatum: deficit enim extremum, à quo, & sic cessat fictio retrotracti ua, vt solet colligi ex.l.huic scripturæ. ff. ad.l. Aquiliam. Patet igitur ex his solutio difficultatis, quam proposuimus, qua scilicet, ratione filius ritè institutus & exhæredatus ab intestato succedat. Nam respondendum est, hoc obstare dum adhuc filius viuit, quia potest cedere dies institutionis, vel exhæredationis, adueniente, vel defecta conditione: si enim is antea moriatur cũ adhuc conditio pendeat, apparet ipsum, nec ex testamento hæredẽ, nec exhæredatum fuisse.

104 Sed hic elegans Castellionei intellectus grandes patitur difficultates. In primis cùm casualis conditio moriente filio impleri possit, & sic eo tempore ex testamento deferri hæreditas nõ videtur vllus esse locus abintestato successioni. l. quãdiu. ff. de adquirend. hæreditate. l. antequam. C. cõmunia. de successionibus. l. ex testamento. C. vnde liberi. l. quandiu. ff. de regul. iuris. cum similib. vnde post mortem filij testamentum destitui debet ex Papiniani responso elegantiss. in. l. finali de conditio. institut.

Rursus, si moriente filio institutionis conditio deficit, existit ergo eo tempore contraria exhæredationis, perperàq; Triphoninus hoc intellectu retento vtranq; conditionem, tam institutionis, quàm exhæredationis pendere diceret.

Deniq; ex dict. l. filius à patre. secundùm hãc acceptionem corruit manifeste Accursij doctrina hic, verbo, nõ videtur, quia secundum eam illa præteritionis potentia debebat ab initio testamentum nullum reddere, quod tamen Iurisconsult. negat, qui moriente demum filio testamentum destitui docet.

In quibus difficultatibus extricandis miserè inuoluuntur interpretes, vt ex eorum longißimis scriptis videre licèt, ex Barberano hic à nu. 24. vsque ad finem. 57. & tandẽ nihil adducũt, quod his satisfaciat. Eos tamẽ minus ferre possum, qui cum huius difficultatis tractationẽ aggreßi sint, hæc omnia pertinaci silentio omiserunt, dißimulatione quadam subterfugientes quę erant necessario discutienda, & exactißimorum interpretum munus plenißimè nihilominus explesse videri volunt.

105 Ego planius cæteris à verißimis nostratum traditionibus non recedens, rem hanc dilucidè explicabo. Et principio constituendum existimo, filij fauore inductum in specie supposita dict. l. filius à patre. vt conditio illa casualis non reputetur vltimo vitę momento extitura; idque summa cum ratione. Nam cũ

filio pendente adhuc conditione decedente post eius mortem collata institutio, vel exhæredatio non valeat.l. suus quoq;. §. sed & si filio de hæredib.instit.redit res ad intestati exitum, vt filius hæreditatem transmittat, cohæredibus repulsis & substitutis. Nisi enim lex in extremo vitæ momento filio subueniret frustra post mortẽ eius testamentũ vitiaret, quia filio nec quoad transmisionem prodesset dict. l.finali.de condition.institut.l.vnica.§.sin autem aliquid. C. de cadu. tollend. AEquum ergo fuit filium morientem abintestato patri hæredem effici, vt hæreditatem ad suam posteritatem transmitteret. Adducoq; in id difficillimũ Africani responsum in.l.si filius hæres. versiculo,quod si nemo.ff.de libe.&posth. vbi filius,qui propter pendentiã natiuitatis posthumi impeditus fuit paternam obtinere hæreditatem, quia eo tẽpore,quo is moritur certum esse incipit, neminem ex eo testamento hęredem futurum,intestato patri hæres existit,nec æstimauit Africanus posse in extremo vitæ filij momento abortiuum edi partum, & sic ex testamẽto filium hæredem effici ob eandem æquitatis rationem, quam ego in simili Triphonini responso consideraui.

106 Posset tamen inter hęc duo capita singularia vtilis animaduerti differentia, quod in dict. versiculo, quod,si nemo,adquiritur morienti filio abintestato hęreditas ipso iure irrito facto testamẽto: at in dict. l.filius à patre.testamentum non tã est irritum, quàm ex causa pręteritionis ruptum in vltimo vitæ momento ipsius filij. Emolumentum differentię in eo consistit, quod legata & fideicõmissa in specie dict. versiculi,quod si nemo, erunt omnimodo irrita iuxta regulã. l. eam quam.C.de fideicommissis. l. si nemo.de regul.iuris cum alijs. At verò in casu dict. l. filius. hæres filij, qui se abintestato paternę hęreditati immiscuit, soluet legata & fideicommissa,iuxta nouellam Iustiniani cõstitutionem in Authentica, ex causa. C. de liberis pręteritis. Qua ex causa pręteritionis ruptũ testamentum quo ad institutionẽ duntaxat infirmatur: cætera nãq; firma permanent. Quę differentia

107 esset noua &satis elegans,si d. Authen.ex causa.& tex.vnde sumitur ad pręteritionem, quę testamentũ nullũ facit posset referri, quod mihi vix vnquam persuasum est.

108 Nec superiori resolutioni obstat dict.l.finalis.de condit.institut. vbi potestatiua conditio, quę in extremis constituto filio impleri potest, post eius mortem deficere videtur & eo tempore testamentum destitui. Nam text. ille vt aduertit Castrens. in dict.l. filius à patre. nu. 3. procedit in cõditione potestatiua, quæ non tã deficere dicitur, quàm omitti, vt imputari filio recte possit, quod eam non expleuerit. Ac proinde cùm adhuc moriens filius condi-

conditioni parere possit, & quod non paret eius culpa contingat ante ipsius mortem nequaquam destitui potuit testamentum.

109 Ad secundam difficultatem respondeo ex mente Benedicti de Plumbino in huius. l. repetitione nu.4.& Cumani in dict.l.filius à patre. nu.3. moriente filio. & in vltimo eius articulo certum esse incipere non posse conditionem institutionis, vel exhæredationis viuo filio impleri; itaque non dico eam nō posse impleri simpliciter, prout Accurs. voluit in dict. l. filius à patre, sed non impleri viuo filio. Ac propterea non dicetur, quasi institutionis conditione defecta contraria exhæredationis extitisse: quia conditio institutionis nō defecit, quæ potuit mortuo filio impleri, vt putà, nauem ex Asia venire, vel Titiū Consulem fieri: aliud est enim conditionem omnino defectam, aliud & longè diuersum eam viuo filio non impletam. Planè exhæredatio non in defectum institutionis concepta erat, sed in conditionis defectum, vnde hoc casu moriente filio res abintestato eidem deuoluitur.

110 Tertio argumento fiet satis, si aduertamus tunc præteritionis potentiam reddere ab initio testamētum nullum, cum præteritio sine mutatione status ipsius filij contingit. Nam si talis præteritio fiat per mutationem status filij, non anteà nocet quàm veniat: vtrumq; proprijs rationibus: quia leges solent considerare res secūdùm præsentem statum, & non secundùm casus aduentitios. l. Iulianus. ff. qui & à quibus manumissi. l. plerunq; 206. ff. de regul. iur. Præterea casus aduentitij, licèt à principio nō cōsiderentur, si tamen posteà euenerint incipiunt considerari: sicut in simili dicimus remedia extraordinaria non esse in consideratione antequàm impetrentur. l. ergo. §. 1. ff. de fideicommissarijs libertat. Postquàm tamen sunt impetrata incipi considerari. l. non quocunque. §.1. de legat.1. Sic præteritio nepotis, quē pater præcedit à principio non nocet, sed tunc nocet, cum mutatur status ipsius, patre sublato de medio. l. Gallus. §. in omnibus. de liberis & posthu. l. posthumorum. ff. de iniusto rupto. non ergo mirum si præteritio, quæ morte filij contingere potest ab initio non faciat inutile testamētū, quod tamen eo moriēte destituitur. Sed de his satis, trāseamus nunc ad vtilissimas, & non minus difficiles quæstiones duas, quas Doctores hic latissimo prosequuntur tractatu: ego tamen omnium dicta perstringens, quā breuius & clarius potero absoluam.

111 Celebris est quęstio iam vsq; ab antiquis ducta temporibus, vtrùm per nouiorē Iustiniani sanctionem

ctionem in.l. quoniam in prioribus.C. de inofficioso testamento. qua omnis conditio, grauamen, & dilatio à legitima filiorum portione arcetur, testamentum, in quo filius in potestate sub non potestatiua conditione institutus, nec in defectum exhæredatus proponitur sustineatur quasi illius legis authoritate, conditione remota.

Et testamentum valere ac perconsequens hodie nostrę legis decisionem correctam post Richardum de Malumbr. tenuit Bart. hic nu.2.& in dict.l.suus quoq;. de hæredib. instituendis.nu.3. quem sequitur Paul.Castrés.vtrobiq; Imola in dict.l suus quoq;.nu.4.&in.l. finali.nu 10.de condit.institut. Salicet.in dict.l.quoniam.nu.8.latissime Alexander hic nu.9. Iason.19 cum alijs Curcius iunior consi.148 num.9. & pro hac opinione se tres sententias conformes obtinuisse testatur Iacobi.de sancto Georg. hic nu.14. consulentibus eligendá dixit Mathesilanus in tractatu, de electione verioris opinionis, in princip.nu.4. plures referunt Rodericus Suarez in dict. l. quoniam in prioribus. prima ampliatione, Guilielmus Benedictus in cap.Rainutius, prima parte, verbo, reliquit. nu. 28. extra de testamentis. Emanuel Costa in.§.& quid si tantum.3.parte.num.105.Ferdinand. Menchacens. lib. 1. de succession. creatione.§.10.num.198.& magis communé asserunt Petrus Dueñas regul.368.Iulius Clarus lib. 3. recepta. sententiarum.§.testamentum.quæstione.39.Ludouicus Molina lib. 2. de Hispanorum primogenijs.c.1.nu.32.

112 Pro qua sententia primò facit generalitas dict. l. quoniam. quæ cum in omni cõditione loquatur, non videtur casualem excludere, quæ magis propriè conditio est, quam potestatiua.l.1.§.qui sub conditione. ff. si quis omissa caus. testamenti.

Probatur secundò hæc opinio. Nam lex. quoniá in prioribus. inducta fuit ad declarationem legis, omnimodo. eiusdem tituli, vt constat ex principio ibi. (Quoniam in prioribus sanctionibus &c.) Planè lex interpretans debet intelligi secundùm terminos interpretatę, vt in authentico, de filijs ante dotale instrumentum natis.§.finali. collatione tertia. at dict. l. omnimodo, non tantum loquitur de eo testamento, quod inofficiosum argui potest, sed etiam de eo, quod venit alio modo subuertendum, vt patet ex eo tex. ibi. (de inofficiosis defunctorum testamentis, vel alio modo subuertendis moueri solebat actio) ergo etiam dict.l.quoniam.debet intelligi vbi ex prætéritionis causa testamentum subuerti potest.

Tertiò ex eo maximè suaderi videtur hæc sententia, quod nisi ca-

sua-

ſualem conditionem ſui hæredis filij inſtitutioni adiectam authoritate dict. l. quoniam. remoueri affirmemus vix vllum eius decisioni, quatenus de conditione tollenda tractat locum relinquemus: nam ſub poteſtatiua iure filius inſtitui poteſt ex dict.l. ſuus quoque. ſi caſualis non ſubducitur, ergo nulla.

Poſtremò pro hac opinione putant Doctores noſtri eſſe text. expreſſum, & omni ſolutione maiorem in.l. ſcimus.§. cum autem. C. de inofficioſo teſtamẽ. vbi extraneus hæres à patre inſtitutus, rogatus fuit, vt cum moreretur hęreditatem filio reſtitueret, & reſcripſit Imperator, quartæ partis reſtitutionem ſtatim celebrandam non expectata, nec morte hæredis nec temporis interuallo. At conditio illa, cum hæres morietur, caſualis eſt: quia quod filius hæredi ſuperuiuat, caſui adſcribitur. l. hæres meus.78.ff.de condition. & demõſtration. l.4. ff. quando dies legati cedat. ergo caſuali conditione remota teſtamentum valere debet.

Tandem ſtat pro hac ſententia teſtamenti conſeruandi fauor, qui in controuerſis articulis præponderare ſolet ex.l.ſi pars iudicantiũ. ff.de inofficioſo teſtam. cap. finali extra de ſententia, & re iudicata. nec enim dici poteſt decisionem dict.l.quoniam. reſpicere ſolius filij fauorem, qui cauſam habiturus eſt ab inteſtato, vt colliges ex his, quæ diximus ſuprà nu.55. Deniq; in iudicando & conſulendo non eſſe tutũ ab hac ſententia recedere admoneo, quę eſt legis noſtri regni authoritate ſuffulta, vt conſtat ex.l.9.tit.4.parti.6.vbi Gregor. notat verbo, valdria el teſtamento.

113 Contraria tamen ſententia imò ex dict.l.quoniam, qua omnis conditio à legitima filiorum portione ſubtrahitur, non eſſe correctam hanc decisionem in puncto iuris verior eſt, ſicq; in iudicãdo admittenda, ſi nõ extaret dict.l.9. quam poſt Azonem Cinum de Piſtorio, Odofredum Rainerium Forliuiẽſem Franciſcum de Ramponibus, Iacobum de Are. Petrum de Bellapertica Guiliel. de Cuneo, Oldraldum, Albericum, Chriſtophor. de Caſtell. & alios veteres tenuit Bal. hic nu. 8. Angelus nu. 3. Fulgoſ. 7. idem Angel. in dict.l.ſuus quoque nu.2.& ibi Cuma.nu.6. dicit veriorem Decius hic col. penult. & magis communem Barberanus num. 281. Et pro hac ſententia ex facto conſulti reſpondere Bar. conſi.13. incipit, Ex facto propoſito, Angel. conſil.107.incipit, Domina Catherina, in pulchra ſpecie Raphael Fulgoſ. conſil. 21. incipit, Ad primum, de quo quæritur. Cuman. conſil.127.incipit, Rengus Anto. de Butrio conſilio.67. incip. Viſis actis.& cum multis Bartholomeus Socin.conſil.97. incip. Præſens cõſultatio, & conſil.98.incip. Aliâs cõ

ſului

ſului volumine.3.Guido Papæ cõſil.93. incip. Dubium principale nume.2.verſicul.ſed ego credo.

Quæ ſententia apertè ſuadetur, quia dict.l.quoniam. de exhæredatis filijs loquitur, non de præteritis. Deinde ea lex, vt ex ipſius verbis conſtat, & tit.cui ſubijcitur, argumento.l.Imperator. ff.de in diẽ addictione, in his teſtamentis procedit, quæ poſſunt inofficioſi querela inſtituta expugnari. Sane per inofficioſi querelam reſcinduntur valida teſtamenta argumento.l.nõ putauit.§.non quæuis.ff. de bonorum poſſeſ.contra tabul. Quia cũ querela ad rumpendum competat.l.Papinianus §.ſi quis ex his. ff. de inofficioſo.l.vt liberis. C. de collation.ſuccedit regula iuris vulgata, vt quod nullum eſt rumpi non poſsit.l. nam & ſi. 5. verſiculo, poſt defectum ff.de iniuſto rupto.ergo deciſio dict.l. quoniam. ad teſtamenta, quæ nulla ſunt, vt patet ex hoc tex.ibi, iure teſtatus non videtur & ex.l. Lucius.ibi, nullius eſſe momenti de condition. & demonſtra. maximè ad inducendam legũ correctionem perperam & contra iuris rationem protrahitur. Item illa lex onus & grauamen, quod legitimæ filiorum portioni ex conditionis appoſitione infertur, remouere intendis. Cæterùm, cùm filius inſtitutus proponebatur ſub caſuali conditione, nec in eius defectũ exhæredatus iure veteri nullam, vel conditionem, vel dilationem in legitima patiebatur, ſed teſtamentum iniuſtum faciebat, & protinus abinteſtato totam hæreditatem obtinebat. Iuſtiniani igitur conſtitutio in dict.l. quoniam. caſum hunc nequaquam comprehendit, nec fuit ad eũ temerè porrigenda.

Præterea in ſuperioris ſententię aſſertores retorqueo ipſorum argumentum. Nam ſi dict.l.quoniã. debet intelligi in terminis.l.omnimodo. ad cuius interpretationem facta fuit, cum Imperat. in dict.l. omnimodo. verſiculo, ſin verò prę terierint. apertè ſcripſerit, in pręteritis filijs incorrecta manere iura vetera apparet, etiam in dict.l quoniam, nihil de præteritis ſtatutum. At in noſtra.l. ideò nullum eſt teſtamentum, in quo filius inſtitutus ſub conditione fortuita, in eius defectum non exhæredatur: quoniam non eſt in omnem euentum proſpectum, & poteſt filius deficiente conditione reperiri præteritus ex ratione gloſſæ noſtræ, quã ſuprà comprobauimus: ergo illibata manet huius tex.deciſio.

Tandem hæc opinio eſt de mẽte gloſſæ in dict.l. ſuus quoq;. verbo, conſtat, quam male Bartol.& ſequaces ſuæ ſententiæ ſubſcribebãt, vt melius aduertit Fulgo. dict. nu.7.Nam cum Accurſ.quid iuris in poteſtatiua conditione dubitaſſet, eamq; authoritare dict.l.quoniã reijci exiſtimaſſet, dum illi de caſuali conſequens fuiſſet diſputare,

tare, dixit in ea specie, quin testamentum nullius momenti sit, non posse dubitari.

114 Nec inficiantur verissimam hanc traditionem, quæ superiori opitulari videbantur argumenta. In primis nihil officit Iustinianum in. d. l. quoniam. nulla facta conditionũ distinctione locutum. Nam nõ est nouum, legem simpliciter loquentem per rationem in ipsa lege expressam restringi ex tex. eleganti in. l. cum pater. 79. §. dulcissimis fratribus. de legat. 2. l. finali. de hæred. instituend. l. adigere. §. quamuis. de iure patron. Faciunt notata per glossam in authentico, de hæredib. abintestato venientib. §. finali, verbo, ordinem, collatione. 9. per glossam similem in Clementina prima. verbo, eligatur, de electione. & quæ in earum glossarum proposito congessit Iason in Authent. quas actiones. nu. 22. C. de sacrosanct. eccles. Vnde cum in. d. l. quoniam. Iustinian. millies eam rationem expresserit, ne ex inofficiosi querela testamentum subuertatur, patet illius legis verba, quantumcunq; generalia, secundùm inibi expressam rationem, intelligenda, sicq; nullo modo ad testamenta, quæ præteritionis vitio infíciuntur, protendenda.

115 Minus obstat dict. l. omnimodo, ibi, vel alio modo subuertẽdis. Pluribus nanq; reiectis interpretationibus, verè dicendum est, quod cũ præteritis non detur actio, ad supplementum, vt ibi tradit Imperator, & nos probabimus infrà, ille alius modus necessariò intelligi debet, de modo, qui similiter cõpetebat occasione minoris portionis relictæ. Ac propterea, quemadmodum Accurs. ibi illa verba (alijs personis) dict. l. omnimodo. ad eas personas refert, qui contra tabulas bonorum possessione accepta extrema aliorum impugnabant iudicia non ob id, quòd nec instituti esset, nec nominatim exhæredati: sed quia minus ijs sibi cõpetente portione relictum est, vtpote patronum, qui minoris portionis occasione accipit contra liberti tabulas bonorum poss. l. etiam. §. toties. & §. si debitor. ff. de bonis libertorum. item & ad parentem, qui contra tabulas filij emancipati eandẽ bonorum possessionem accipit, occasione minoris portionis relictæ, quam patronus accipit. l. 1. ff. si quis à parente fuerit manumiss. l. filio. §. contra tabulas. ff. de inofficioso testam. de quo tex. videndus est Menchac. de succes. creatione. lib. 3. ʃ. 30. nu. 142. Ioannes Gutierrez in. l. pater filiũ. nu. 16. ff. de inofficioso. ita etiam nos interpretari poterimus illa verba, alio modo, vt nõ referãtur ad eã bonorũ possessionem contra tabulas, quæ præteritis competit, cùm nec sit quod his suppleatur, nec ad hos spectet decisio dict. l. omnimodo. sed ad eam

eam potius, quæ ijs competit, qui minus sibi debita portione consecuti sunt, vt hæc cesset & ipsi agāt ad supplementum, quod illius legis proprium est. Atq; ità rectè interpretatus est Benedictus de Plūbino in repetitione huius legis nu. 7. in fine, quem sequitur Emanuel Costa in cap. si pater. 1. parte verbo instituit nu. 18. de testam. in. 6.

Circa tertij argumenti solutionem illa necessariò præmittenda est disputatio, vtrùm potestatiua conditio à filij institutione subducatur ex dict. l. quoniam. vnde in eum locum relinquenda erit (ne eadem sæpius inculcemus) quo huiusmodi quæstio tractanda est.

116 In postremi argumenti responsione, quod deducebatur ex dict. l. scimus. §. cum autem. grauiter laborant huius opinionis authores. Nam Raynerius Forliuiens. Bartoli præceptor, & posteà eius competitor (vt ipse Bartolus refert in authentica hoc locum. nu. 10. C. si secundò nupserit mulier. & in. l. interdum. §. finali. ff. de verborū obligat.) eam Bartolo ad illum tex. solutionem misit, eum, scilicet, loqui in fideicommisso, in quo nulla reperitur data forma à lege, vt sub potestatiua, & non fortuita conditione relinquatur. Sed Bart. contra Raynerium cōsiderauit, quod cum iure Codicis sufficiat filium ad legitimam inuitare, quoquo titulo etiam simplicis relicti, vt in. d. l. omnimodo, versiculo, & hęc quidem. l. cum quæritur. & Authenti. nouissima. C. eodem titulo. & sic titulus legati & fideicommissi successerit in locum tituli institutionis, qui exigebatur de iure Digestorum ex. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. quæ omnia procedunt secundùm receptiores traditiones: consequitur manifestè titulum legati debere sortiri naturam tituli institutionis, in cuius locum fuit subrogatus ex iuris regula vulgari, quod subrogatum debet sapere naturā eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionib. Quod si cum Raynerio instes, saltem hodie non procedere argumentum depromptum ex dict. §. cum autem. cùm sint innouata iura vetera ex authentico, vt cum de appellatio. cognoscitur. §. aliud quoq; capitulum. collatio. 8. respondebit Bart. §. cum autē correctum, quatenus probat sufficere fideicommissi titulo filio relictum, non tamen in eo, quod conditio casualis legitimæ portioni adiecta remoueatur.

Sed ego hæc omnia nequaquā probanda arbitror, omittoq; non esse necessariam cōsecutionem illius argumenti, quod Bart. conficiebat in legato, vel fideicommisso filio relicto, perinde non posse apponi conditionem casualem, sicut nec in institutione. Nam licèt id

esset

esset iure nouo inductum, vt sufficiat filium simplicis relicti titulo inuitare, ego tamen non inducerem formam, quam lex expresse non præstituit. Nec enim ex eo, quod cautum sit iure nouo, vt filio satisfiat legato, vel fideicommisso, consequitur ea sortiri omnes qualitates tituli institutionis, qui anteà efflagitabatur. Et quia verus intellectus dict. §. cum autem. & cætera, quæ à Bartolo & Raynerio traduntur, pendent à perfecta cognitione illius articuli, quo titulo sit filio relinquenda legitima, vt præscriptæ, & omnium animis velut insitæ opiniones euellantur,
117 constituendum est, Doctores communiter hac in materia tripliciter distinxisse inter ius antiquum Digestorum, ius Codicis, & ius nouissimum Authenticorum, vt, scilicet iure antiquo filio esset necessario legitima relinquenda titulo honorabili institutionis. d. l. ita tamen. §. qui rogatus. Iure Codicis sufficeret quicunq; relicti titulus, iure nouissimo ex dict. §. aliud quoq;. sint instaurata iura vetera, vt constat ex pluribus, quæ in proposito cumularunt Alexander in l. inter cetera. n. 2. ff. de liber. & posthum. Iason in Authẽtica nouissima. nu. 18. de inofficioso testam. vbi Fabianus. nu. 188. Corras. in l. filium, quem habentem. n. 82. C. familiæ herci cundæ. Guilielm. Benedictus in c. Raynutius. 1. parte. verbo, in eodem testamento. relinquens. nu. 15. extra de testamentis. vbi Couarruuias. §. 2. in princip. Berengarius Fernandez in repetitione legis, in quartã. nu. 174. ff. ad. l. Falcidiam. Rodericus Suarez in. d. l. quoniam in prioribus. 15. limitatione. Mẽchaca lib. 1. de successionum creatione. §. 10. à nu. 189. & lib. 2. §. 20. à nu. 231. Iulius Clar. lib. 3. receptarum sententiarum. §. testamentum. quæstione. 38. Didacus Perez in. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinamenti. pag. 66. versiculo, est dubium. Ioannes Rojas in epitho. successio. c. 8. per totũ. Præstãtissimus noster D. Espino in Speculo testamẽto. glo. 17. in princip. à nu. 25.

Verum ego statuendũ existimo, duplicem esse huius quæstionis inspectionem. Prior est circa primordialem testamenti validitatem. Ad hoc enim, vt testamentum valeat, vel institui debet filius, vel nominatim exhæredari, iuxta. l. inter cætera. ff. de liberis & posthum. tex. in principio institutionum. de exhæredatione libero. Proinde non sufficiebat ei legati, vel fideicommissi titulo relinquere, sed præteritus dicebatur filius, qui nõ fuit institutus nec exhæredatus, etiam si de eo in alia testamenti parte mentio facta fuisset. d. l. inter cætera. ibi, de liberis instituendis, vel exhæredandis, nec præteritis istis, &c. vbi & notant Imola Alexan. Iason, & alij. bonus tex. in. §. eadẽ hæc obseruatio de hæ
118 reditat. quæ abintesta. ibi (liberis

præteritis, id est, nec institutis, nec vt oportet exhæredatis.) Quem tex. in id commendat Accurs. in l. nam & is. §. finali. glossa magna in princ. ff. de inofficioso testam. tex. elegans in l. penultima. C. de fideicommissis. quem ad hoc notat Castrens. in d. l. suus quoq;. nu. 2. de hæred. instituẽd. Idq; quod attinet ad ius Digestorum omnes ferè admittunt, vt constat ex suprà relatis.

119 Vnde acri reprehensione dignos iudico Andræam Siculum Barbac. in d. c. Raynutius. nu. 9. & Guilielmum Benedictum ibi, verbo, in eodem testamento relinquens. nu. 17. qui inconsideratè resoluunt, valuisse apud Iurisconsultos testamentũ, in quo suus hæres filius, nec institutus esset, nec exhæredatus, si ei, quo quo titulo relictum fuisset, falsoq; in id citat Benedictus Alexandrum in d. l. inter cætera, qui nec id scripsit, nec credendum erat doctissimũ Alexandrum pro sua eximia eruditione quidquam tale dicturum cõtra iura expressa supra alegata, & adeo contra totum Ius ciuile. Nec iustè decepti sunt Barbac. & eius sequax Bededict. argumento. l. qui filiũ. ff. vbi pupillus educari debeat. l. hæc conditio filiæ meæ. de condit. & demonstratio. nam debuerunt aduertere leges illas procedere in filia, qua omnino præterita testamentum valebat ex principio, versiculo, sed nõ ita de filiabus. Inst. de exhæredat. libero. vt recte ad eorum iurium interpretationem obseruat Costa in. §. & quid si tantum. 3. parte. nume. 40. & nos diximus suprà. nume. 29.

120 Hoc itaq; omni iure perpetuum semper credidi, vt præteritus dicatur filius, qui nec institutus est, nec exhæredatus. Veterem enim illam instituendi, vel exhæredandi filio solennitatem nulla nouiore constitutione emendatam, seu immutatam reperi. Imo semper in hoc iuris antiqui obseruationem amplexus est Iustinianus, vt patet ex. l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. §. sed hæc quidem. Institution. de exhæredatione liberorum. & ex. §. eadem hæc obseruatio. Institution. de hæreditatib. quæ abintest. deferuntur. Vt iam appareat omnino esse improbandam nostratum traditionem, qui existimarunt de iure Codicis obtinuisse, quod testamentum non esset nullum, nec filius videretur præteritus, si is fuisset ad legitimam simplicis relicti titulo inuitatus. Idque colligunt ex. l. cum quæritur. ex Authen. nouissima. & l. omnimodo. C. de inofficioso. Sed inueteratum hunc errorem ego nunquam probare potui, & ad. l. cum quæritur & Authenticam. nouissima. respondeo cum Viglio in. §. igitur quartam. num. secundo. Institution. de inofficioso testamen. & Emanuel. dict. verbo, instituit. nume. decimoquarto. ad excludendam inofficiosi querelam sufficere liberis, qui vel exhæredati sunt, vel ab ijs personis præteriti, quorum præteritio pro exhæredatione habetur, quoquo

quo titulo fuisse relictum. Nam si quocunque titulo integram legitimam nacti sint in iure facto testamento prohibentur de inofficioso mouere quæstionem: at id à iure dicendi nullum vel à bonorum possessione contra tabul.eos non institutos,vel, vt oportet,exhæredatos, nullo modo excludit. Deniq; nec ex d.l. omnimodo.deduci potuit præteritis liberis, quibus sit quocunq; titulo relictum testamentum,valere.Nam ea lex de præteritis filijs,nō loquitur, nec de testamento inualido,ex quo actio ad supplemētum oriri nequit: necesse est ergo, vt fateamur eam legem duobus tantū-modo casibus procedere, vbi scilicet, filius institutus est in portione aliqua minima:iam enim tunc paritum est formæ à lege requisitæ. l. Gallus.§.in omnibus.ibi, ex aliqua parte.ff.de liberis & posthum.& ad eum obseruat Costa in.§. & quid si tantum. prima parte.in principio. num.4. Item & vbi filio exhæredato aliquid legati vel fideicommissi titulo relictum fuisset,quod tamen legitimam non expleret, plane his duobus casibus, quibus filius poterat de inofficioso querelam instituere.l.Papinianus.§.meminisse. ff. de inofficioso testam.l. parentibus. C. eodem tit. ei, vt de inofficioso quæratur, interdicitur & ad supplementum conceditur actio. Nec obstant illa verba.d.l.omnimodo, vel alio modo subuertendis, quæ iam interpretati sumus suprà. Quid autem noui Iustinianus induxerit in d.§.aliud quoq; capitulum. qui tex. non mediocrem nostratibus errandi præbuit occasionē, mox ostēdā.

122 Secunda huius quæstionis pars illa est,vtrùm,scilicet,is qui secūdùm formam à lege traditam condidit testamentum, filium exhęredādo, si ei legitimam quocunq; titulo reliquerit securè videatur testatus,ità vt filius de inofficioso ipsius testamento, queri non possit. Et sciendum est olim tam apud Iurisconsultos, quàm apud Cæsares securū illud testamentum habitum fuisse, quo liberis exhæredatis legitima titulo legati vel fideicommissi relinqueretur,iuxta legem Papinianus. §.si quis mortis. ff.de inofficioso testam.l.cum quæritur. C.eod. tit. cū similibus. pater enim filium exhæredando satisfecit iuris solennitati, atq; ideò non potuit testamentum filius iniustum facere, cum non reperiretur præteritus. Item nec potuit videri contra officium pietatis parens testatus, quū integrā legitimā ex eius iudicio filius fuerit cōsequutus, ac proinde testamentū nō potuit,quasi inofficiosum accusari.

123 Cæterum ex nouissimo iure hæc immutata hodie sunt per tex. in d. § aliud quoq; capitulū. ex quo oēs colligunt requiri necessariò titulū institutionis.Sed ego obseruo hanc traditionem longè à veritate abhorrere,si ità accipiatur,prout Doctores intelligunt, volunt enim, quod filius, cui alio quàm institutionis

tionis titulo relictum sit habeatur pro præterito. Id enim falsum est. cum lege noua hoc duntaxat cautum sit, quod parentes si iure facto testamento, hoc est, liberis exhæredatis legitimam portionem relinquant, non excludunt inofficiosi querelam, nec secure videntur testati, vt rectè aduertit Costa dicto verbo, instituit. nu.22.

124 Verùm, & si alia sit Doctorum sententia, dicere tamen filium integrã legitimã debere nancisci titulo institutionis, ne possit de inofficioso patris testamento agere in quod oẽs video cõsensisse meo iudicio defendi nõ potest: satis est enim quod filius instituatur in re certa, & reliquum ex legatis suppleatur ex dict. Authentico, vt cum de appellat. cognoscitur. §. hæc autem. Ea igitur mens est text. in dicto. §. aliud quoque capitulum, quod filius exhæredatus, etiam si sit ei integra legitima legati, vel fideicom missi titulo relicta perinde potest inofficiosi querela instituta patris testamentum expugnare, ac si nihil ei prorsus fuisset relictum: quod si institutus fuerit etiam integram legitimam nõ consecutus de inofficioso queri prohibetur. Apparet igitur exhæredationem semper filium ad querelam admittere, institutionẽ verò semper ipsum à querela repellere. Hicque verus sensus est dict. §. aliud quoque capitulum. diuersus fortasse ab eo, quod est hactenus existimatum.

125 Ex his itaq;, quæ nos circa hunc articulũ resoluimus vera patet interpretatio tex. in dict. l. scimus. §. cum autem. Pluribus namque solutionibus explosis, quas retulerunt & abunde confutarunt Iason hic nu. 19. Rodericus Suarez in dict. l. quoniam in prioribus. prima ampliatione. dicẽdum est Iustinianum ibi pro constanti habuisse filiũ fuisse exhæredatum, ne aliâs nullum esset testamentum suo hærede filio præterito, vel obnoxium contra tabulas bonorum possessioni præterito filio emancipato iuxta suprà tradita. Atq; ità tentauit Bartolus consilio. 13. num. 2. affirmat Benedictus de Plumb. in huius legis repetitione. nume. 15. Angelus Fulgos. & Decius nu. 14.

Sicq; verior manet posterior hæc sententia contra Bartolum, decisionem, scilicet, dict. l. quoniam. ad testamẽta, quę nulla sunt, qualia sunt ea, de quibus in hac. l. agitur, incon grue adduci.

126 Reliquum est, vt videamus, Bartoli opinione retenta, quæ commu nior est, & propter authoritatem legis regiæ, in iudicãdo tenẽda, quid iuris in residuo, quod legitimã portionem egreditur, statuendum sit. Et sanè, si filius cohęredem habeat, vel substitutũ debebit euentus con ditionis expectari, iuxta tex. in. l. cũ hæres. §. 1. ff. de adquirend. hæreditate. lex. liber homo. §. si ita scriptum. ff. de hæredib. instituendis. Quod si nullũ habeat cohęredẽ vel substi-

ſubſtitutum, filius, fruſtra expectabitur euentus conditionis, vt in dictis iuribus, & in.l.ſi quis ita ſcripſerit. de hæredibus inſtituend. tradit gloſ.in.l.ſi ſolus.§.1.ff.de adquiréd. hæredita. & de re hac late tractant Anton.Gomezius primo tomo, variarum.cap.9.nu.49.& cap.11.nume.32. Suarez in dict.l.quoniam in prioribus, ſecunda ampliatio. in fine, & ſexta ampliatione.Emanuel Coſta in cap. ſi pater. prima parte, verbo, eidem filio. nu. 46. Hæc tamen deciſio apud nos non obſeruabitur, propter authoritatem legis.11.titulo.4.partita.6.vbi cautum extat, quod ſi filius inſtituatur ſub conditione caſuali, conditio tollitur, non ſolùm quoad legitimam, ſed etiam quo ad reliquam hæreditatem. Cuius legis diſpoſitioné terribilem appellat Suarez d.ſecunda ampliatione.& eſſe contra ęquiſſimam iuris rationem aſſerit Coſta in.§.& quid ſi tantum.tertia parte. nume.105. licet Gregorius in dict.l. 11.gloſſa finali, Peralta in. l.1.num. 12. de legat. 2. & Molina lib. 2. de primogenijs.cap.1.num.34.conentur oſtendere eam ſecundum iuris rationem procedere.

127 Prædictam tamen Bartoli receptam ſententiam ferè omnes limitant, vt non procedat in conditione turpi, quæ etiam hodie non reijcietur ex dict.l. quoniam. ſed teſtamentum vitiabit, ſicut olim iuxta. l.filius. ff. de conditio. inſtitutio. Ita tenuit Baldus hic nume. 7. Alexand.13. Iaſon nume. 20. Decius colum. finali.Paulus Caſtrenſ. in.l.conditiones.nume.3.de conditio. inſtitutio. & alij, quos refert Menchaca lib.1. de ſucceſsio. creatione. §. decimo. nume. 428. Qui mouentur ex eo, quia etiam iure antiquo reijciebantur conditiones turpes dict. l. conditiones. de conditio. inſtitutio. l. non dubitamus. ff. de conditio.& demonſtratio.Ergo etiam in ſimili, licet per dict. l. quoniam. remoueantur cæterę códitiones, attamen ex turpis appoſitione vitiabitur nihilominus filij inſtitutio, & ſic incorrecta manet dict.l. filius.Sed de hac recepta ſententia meritò dubitauit Barbetanus hic nume. 191. & cum maiori animi deliberatione Rodericus Suarez in dict.l.quoniam in prioribus. octaua limitatione. Pro quibus facit, quòd in ſpecie dict.l.filius, ea ratione vitiatur inſtitutio, quia ex adiectione conditionis turpis detegitur vitium formæ: nam filius in poteſtate ſub conditione, quæ in eius poteſtate nó eſt, deprehenditur inſtitutus, vt poſt Accurſium ibi Bartolus interpretatur in. l. 1. nu.5. vbi Ioannes Imolenſ. nume.11.de conditio. inſtitutio. Socinus in dict. l. non dubitamus.in principio. Quæ enim iure facere prohibemur, nec de facto nos facere poſſe credendũ eſt.l.nepos Proculo.ff.de verborum
128 ſignificat. Ac proinde cùm conditio non pendeat à filij poteſtate, teſtamentum inutile eſt, non ratione impoſsi-

impoſsibilitatis conditionis, ſed, quia peccatum eſt in forma. Quod ſatis inſinuat Iuriſconſult. qui ſic ſcripſit (Filius, qui fuit in poteſtate ſub conditione ſcriptus hæres, quã Senatus aut Princeps improbauerit, teſtamentum infirmat patris ac ſi conditio non eſſet in eius poteſtate: nam quę facta lædũt pietatem, verecundiam, æſtimationem, & vt generaliter dixerim, quę contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credẽdum eſt.) Ecce patet Iuriſconſultum ea ratione niti, quia teſtamentum, in quo filius in poteſtate ſub non poteſtatiua conditione inſtituitur, nullius eſt momenti, ex regula noſtræ legis cum ſimilibus. Si igitur ex dict.l.quoniam.id fuiſſet immutatum, conſequeretur neceſſario etiã eſſe correctã dict. l. filiꝰ.

129 Nam ratione legis abrogata, etiã cenſetur abrogata ipſius diſpoſitio, vt docet gloſſa ſingularis in.l.1. verbo, prouidentia.ff. de legitimis tutoribus. quam late exornant Baldus & Alexand.in.l.1. ff.ſoluto matrimonio. Imola in. l. ſi mater. in principio. ff.de vulgari. Vnde corruit manifeſtè argumentum, quod pro communi opinione Alexand. & Iaſon conficiebant. Quoniam, cum teſtamentum in ſuppoſita ſpecie dict.l.filius, non vitietur ratione impoſsibilitatis cõditionis, nõ militabat in ea regula, quæ habet turpes & impoſsibiles conditiones reijciendas eſſe. At verò, cum vitietur ex eo, quòd conditio non erat in filij poteſtate, quæ corrigitur per dict. l. quoniam. & ſic lex, quoniam. loquatur in eadem ſpecie, in qua dict. l. filius, regula tamen prædicta extra eam ſpeciem, apparet hoc argumentum non eſſe concludens, ac per conſequens retenta Bartoli ſupra dicta ſententia correctam eſſe deciſionem dict. l. filius.

130 Sed ex alio capite poſſet defendi, quòd etiam ſi admittamus conditionem nõ poteſtatiuam à filij inſtitutione remoueri ex dict. l. quoniam in prioribus: conditio tamen impoſsibilis non remoueretur, ſed teſtamentum vitiaret, pro vt Baldus & Paul.Caſtrenſ. communiter recepti tenuerunt. Nam omnes illi authores.qui Bartoli ſententiæ accedunt, defendunt conditionem à filij inſtitutione ſubduci, quod attinet ad legitimam, reliquam verò hæreditatem manere conditionalem, idq; per tex.in.l.ſcimus.§.cum autem. C. de inofficioſo teſtamento. Vnde cùm in propoſita ſpecie hoc procedere nequaquam poſsit, quoniam ſublata de legitima impoſsibili conditione, videbatur reijcienda eadem conditio impoſsibilis à reliqua parte hæreditatis, ex regula legis. obtinuit. & legis. non dubitamus.ff. de conditionibus & demonſtrationibus. quòd cum fieri non poſsit vt conſtat in dict.l. filius relinquitur etiam ſtante Bart. opinione, de qua ſuprà, manere incorrectam dict. legem. filius. Adhuc

huc tamen hoc argumentũ, quod ab eruditis quibusdam confectum est, parum adiuuat receptam illam opinionem. Nam, cùm conditio impoſsibilis, filij institutioni adiecta, quia oſtendit vitium in forma, non reijciatur, ſicut cæteræ conditiones impoſsibiles, ex ijs, quæ nuper conſideraui, & dixi latè ſuprà num. 98. dubitari nullo modo potuit, an ipſa ſubducta, quo ad legitimam ſubducenda eſſet à reliqua hæreditate ex regula, qua docemur conditiones impoſsibiles à diſpoſitione arcendas, cum non reguletur ſecundum eam impoſsibilis conditio filij inſtitutioni adſcripta.

Melius itaque dicendum eſt, ꝗ cùm lex. quoniam in prioribus. nõ loquatur vltra legitimam, & lex. ſi filius. vitiet teſtamentum, in quo filius proponitur inſtitutus ſub conditione turpi, vel impoſsibili in totum, lex. filius. non potuit dici correcta per legem. quoniam in prioribus. quæ conditionem remouet vſque ad legitimã, ſicq; vltra eam duraret diſpoſitio eiuſdem legis. ſi filius. Verùm ad hæc omnia dubia dirimenda ſuperuenit Regia lex partitæ, ex qua poſsit affirmari cõditionem remouendam in totum, etiam ſi eius natura ſit, vt ſoleat teſtamentum vitiare. Quo argumento nonnullos ad declinandam authoritatẽ legis Regiæ vſos video. Nam etiam conditio caſualis, vbi non erat in eius defectum vlla concepta exhæredatio, vitiabat teſtamentum: quæ tamen ſubtrahitur retẽta communi opinione, quam proſequimur.

131 Deinde limitat Bartolus hic nu. 3. prædictam ſuam ſententiam, de qua agimus, vt non procedat vbi conditio adiecta eſſet perſonæ incertæ, certificandæ ex futuro conditionis euentu: tunc enim conditio non reijcitur authoritate dict. legis. quoniam. Secundùm quam opinionem refert ſe ex facto conſultum in hac ſpecie reſpondiſſe. Teſtator inſtituit poſthumam naſcituram, quæ religionem ingreſſa fuerit, nata eſt poſthuma, quæ tamen non fuit religionem ingreſſa, Bartolus inutile eſſe teſtamentum dixit; quia poſthuma nec purè, nec ſub conditione proponeretur inſtituta. Idq; docet idem Bartolus in. l. commodiſsime. nu. 1. ff. de liberis & poſthumis. ſequuntur Baldus, Angelus, & Alexander hic, nume. 10. idem Baldus, Angelus, & Imola nu. 3. Alexander nume. 4. in dict. l. commodiſsime. & alij, quos referunt Iaſon hic nu. 21. verſiculo quartò limita. Rodericus Suarez in dict. l. quoniam in prioribus. prima ampliatione. fol. 9. & limitatione. 7. Barberanus hic nu. 304. Corraſ. in. l. quãuis. numero. ſexto. C. de impuberum. Menchaca dict. §. 10. nume. 427. ſub lib. 1. de ſucceſsio. creatione.

Qui omnes adducunt text. in dict. l. commodissime. ibi. (Quia nec sub conditione quidem scriptus hæres intelligitur) vt quemadmodum ibi posthumus, qui non nascitur in eum casum, qui fuit testamento comprehensus, præteritus censetur: ità & in nostro casu, nisi posthuma fuerit religionem ingressa, cum ei non conueniat demonstratio, quam testator expressit, nullo modo cẽseatur instituta.

132 Sed Raphael Fulgos. & Paul. Castrens. hic nu. 9. idem Paul. in dict. l. commodissime. in contraria sunt opinione, eo quod relatiuum iunctum verbo futuri temporis inducit conditionẽ. l. Stichus, qui meus erit. ff. de legat. 1. Item, quia posthuma ex natiuitate fuit certificata, & reliqua verba, quæ religionem ingredietur, debent operari conditionem. Ac proinde nihil facit pro Bartolo dict. l. cõmodissime. Nam cùm ibi posthumus in aliũ casum nascatur, quàm, qui fuit testamento comprehensus, apparet ipsum in actu, in quo debebat certificari, non esse illum, quem testator instituit, & consequenter nec sub conditione institutum; quod dissimile est à nostra specie, cum posthuma prius certa sit ex natiuitate, quàm illa adiectio locum habeat.

133 Bartolum tamen latè defendit Alexand. vbi suprà, motus ex eo quod relatiuum, adiectum corpori incerto magis demonstrationẽ, quàm conditionem inducit. l. scribit. §. finali. ff. de auro & argent. legat. & Alexandrum in alio proposito sequitur Costa libro primo selectarum intepretat. cap. 6. & in nostro tradit idem in tractatu patrui & nepotis, secunda parte nume. 13. Vnde & si ponas testatorem ità cauisse, Instituo posthumam, quæ nascetur, & quæ religionem ingredietur, adhuc posteriora verba demõstrationis causa adiecta videbũtur: quia, & si per natiuitatem certificata fuerit prior demõstratio, adhuc per religionis ingressum debet verificari secunda, argumento. l. si hę redi plures. ff. de conditionibus institutionum. l. si stipulatus fuero hanc summã, cum similibus. ff. de verborum obligatio.

Hæc igitur Bartoli opinio duntaxat locum habebit, vbi apparet posteriora verba demonstrationis loco fuisse adiecta, secus vbi ea magis videntur importare conditionem. Tunc etenim per natiuitatẽ posthuma demonstrata sub conditione deprehenditur instituta: & proculdubio induceretur decisio, dict. l. quoniam in prioribus, & posthumus pendente conditione natus absq; vlla mora, seu dilatione legitimam portionem consequetur ex ijs, quæ docuit Bald. in. l. cum posthumus. ff. de liberis & posthumis, & latius prosequitur Emanuel Costa in. §. & quid si tãtum, quarta

134 parte nu. 46. Si verò conditio defe

cta fuisset anteaquam posthumus nasceretur, parentis testamentum rumperetur, nec posset hunc casum complecti dict. l. quoniam in prioribus. cum posthumus, qui natus est, iam defecta conditione inueniat se omnimodo præteritum, non verò sub conditione institutum, & ad omnimodo præteritos illius legis decisio non pertineat. Nec potuit dici, conditionem remotam anteaquam deficeret; nec enim ea remoueri potuit, anteaquã legitima portio deberi inciperet, quæ nondum nato filio non debetur; ac exinde consequitur vbi nondum defecta conditio fuit tempore, quo posthumus natus est eam repellendam ex dict. l. quoniam. retenta communi superiore sententia.

135 Vltimò limitari solet recepta Bartoli traditio, vt tũc procedat, cum conditione remota adhuc relictũ durat. Secus enim est vbi conditio ab ipso relicto separari non potest, ità vt illa remota dispositionis substantia stare nequeat. Ita tenet Angelus hic vltima col. & idem Angelus in. l. suus quoque. in fine. versiculo, quod autem dixi. ff. de hæredib. instituendis. qui dicit se in facti specie cum Baldo fratre suo ità cõsuluisse. Et idem docet Ioannes Imolens. in dict. l. suus quoq;. nu. 4. versiculo, adde tamen prædictis, sequuntur Iason nu. 21. in principio. Decius numero finali, & communem testatur Menchacensis lib. 1. de successionum creatione. §. 10. nu. 429. exemplumq; vulgò constituitur; Veluti, si pater filiæ pro dote cẽtum relinquat. Nam cum dos sine matrimonio esse non posit. l. dotis appellatio. l. stipulationem. l. promittendo. ff. de iure dotium. cũ alijs, ea conditione sublata (si nuptiæ secutæ fuerint) corruet necessario dispositio. Quo circà disputant nostri, vtrum filia, cui centum à patre dotis nomine relicta sunt, statim illa centum consequi debeat: an verò expectanda sit nuptiarum dies. Qua de re videndus est Bartolus in. l. Titio centum. §. Titio genero. nu. 7. vbi alij tractant. ff. de cõditio. & demonstra. Aretinus consilio. 43. Abbas in secunda parte. cõsiliorum, consilio. 92. in principio. Alexander consil. 13. nu. 12. volu. 3. & consilio. 68. volumine. 4. Philippus Corneus, consilio. 32. nu. 3. volumine. 4. Bartholomæus Socinus consil. 92. nu. 8. volumine. 1.

Sed tamen Rodericus Suarez in dict. l. quoniam in prioribus. nona limitatione. se non parum de Angeli suprà dicta opinione dubitare asseruit: & in id magis inclinat, vt existimet generalitatẽ dict. l. quoniam. etiam hunc casum amplecti. Quam sententiam & ego probo, affirmoq;, quod cum conditio casualis illius legis authoritate à legitima portione arceatur, debet filiæ pura repræsentari legitima, nec in

ca

eamentio relicti pro dote retineri debet, aut legitima portio iuxta talis relicti regulas censeri, vt succedat quæstio, de qua supra. Et sic tenendum erit cum Roderico, licet eum improbet Menchacens. vbi supra.

136 His autem omnibus, quæ circa decisionem dictæ leg. quoniam in prioribus. hactenus disseruimus, illa quæstio necessariò erit adnectenda, an etiam potestatiua conditio filij institutioni apposita, eius legis authoritate subducatur.

Et sanè Accurs. in. l. suus quoq;, verbo, constat. de hæredib. instituend. quem ibi sequitur Imola. colum. 3. sub nu. 4. qui de hoc latè disputat. in. l. fin. col. 5. sub num. 12. de condit. instit. tenuit ex dict. l. quoniam, potestatiuam conditionem remoueri, ac proinde correcta omnia iura, quæ filium sub huiusmodi conditione institui permittũt. Eaque sententia recepta est secũdùm Iason. in dict. l. quoniam in prioribus. col. 1. & ibi Suarez quinta ampliatione. Anton. Gomezium, primo tomo Variarum cap. 11. nu. 30. & Ludouicum Molinam de Hispanorum primogenijs. lib. 2. cap. 1. nu. 31. Iuxta quam consuluit Bart. consil. 198. incip. in quæstione prędicta. Et hęc opinio ex eo euidentissimè probari videtur. Nam cum Iustinianea illa Constitutio in casuali conditione non possit intelligi, vt ex varijs doctorum & rationum testimonijs abundè ostẽsum est suprà, vel saltem non debeamus illum constitutioni locum relinquere, qui in tanta est positus controuersia, consequens est, vt quatenus ea lex de submouenda conditione tractat, sit accipienda de potestatiua, vt aliquo casu possit procedere.

Contrarium tamen, imò dict. l. suus quoq;. cum similibus, filium sub potestatiua conditione institui, permittentibus adhuc obtinere, nec ad potestatiuam conditionem trahi potuisse decisionem d. l. quoniã in prioribus. enixe ex antiquiorum sententia defendunt Alciatus in. l. si filius hæres. nu. fin. ff. de liber. & posthum. & in. l. si filius, qui patri. nu. 31. ff. de vulgari. Menchacens. lib. 3. de successionũ creatione. §. 30. nu. 120. qui late hæc tractauerat libro primo. §. 10. nu. 226. & nu. 243. Hancq; esse communẽ opinionem iam pridem asseruerat Alexãd. in. l. cum posthumus, in fine. ff. de lib. & posthum. & communem etiam affirmat post Ioannem Dilect. quem ipse refert, Iulius Clarus lib. 3. recept. sentent. §. testamẽtum. quæstione. 39. nu. 1. Qui omnes eo potissimum ducti sunt argumento: nam lex. quoniam in prioribus. remouet conditionem, sub qua filius institutus est, cum eius occasione potest accepta inofficiosi querela testamentum expugnari, vt ex ipsius verbis apparet: tũcq;

cautũ

cautum est, vt, queadmodum vbi minus portione legitima filio proponitur relictum, id suppletur & inofficiosi querela excluditur. l. omnimodo. eiusdem tituli. ità & vbi per conditionis adiectionem imminuta videri potest filij legitima portio de medio tollatur conditio, & integra manente legitima, querela cesset. Caeterùm filio sub potestatiua conditione instituto, nullum querelę locum existere certum est dict.l.suus quoq;. & l. finali. de conditio. institutio. Ergo de conditione potestatiua loqui non potest lex. quoniam in prioribus. Mouentur pręterea hi authores ex eo, quòd nullus potest considerari filij fauor in remotione conditionis potestatiuæ, cui si ipse parere negligit aperte voluntatem suam declarat, quod nolit ad se paternā pertinere hęreditatem, vt diximus suprà num.36.

Sed nonnulli, qui superiori sententiæ, vt veriori acquiescunt, ad horum fundamentum ità respondendum arbitrātur, vt Iustinianus in dict.l. quoniam haud quaquam sit intelligendus ijs filijs beneficiū concedere, qui propter dilationē, vel conditionem poterant querelam instituere: sed potius dicēdum est illis filijs, qui olim poterant agere querela, quia minus eis sibi competente portione relinquebatur, & nunc agunt ad supplementum, indistinctè hoc concedi beneficiū.

137 Ego mediam sententiam amplectendam existimo eorum, qui dicunt, quod vbi per appositionem conditionis potestatiuæ videtur læsa & imminuta legitima filij portio: sicq; eius occasione potest institui inofficiosi querela, arcetur & remouetur ipsa cōditio ex dict.l. quoniam in prioribus. Atq; ita docuit Bart. in dict.l.suus quoq; nume.7. vbi Raphael Cuma.nu.5 Benedict. de Plumbi. in repet. huius legis nu. 7. in princ. Paul. Castrens. in dict.l. quoniam.nu.4. Alex. hic nu.8. versiculo, tamen superuenit, Socin. cōsil.97.col.3.lib.3. Et sic cessat illorū argumentum, qui asserebant text. in dict.l. quoniam in prioribus. nullo alio casu posse procedere, quam quo, antiquo iure inofficiosi competebat querela. Apparetq; iam lapsos fuisse omnes illos, qui in huius quæstionis disputatione argumentum deduxerunt ex dict.l. suus quoque. cum similibus. quibus cauetur filium posse sub potestatiua cōditione institui ad probandum nullum hoc casu querelæ locum esse. Nam licet filio sub potestatiua conditione instituto testamentum valeat, paritum est enim solennitati à lege requisitæ, quę filium rite institui iubet, vt in dictis iuribus: non tamen exinde cōsequitur, quod vbi conditionis potestatiuæ adiectio filium lædit in legitima, testamentum per inofficiosi querelam subuerti non potest, vt contra alios

aduer-

aduertit Barberan. hic nume. 297.

Planè in conditione, si voluerit frequentiori interpretum calculo recepta sententia docet, eam quasi impedientem transmissionem prę iudicare filio, ac proinde à legitima portione reijciendam. Sicq;. l. Cornelius. ff. de hæred. instit. cum alijs, quæ sub hac cōditione filium institui permittunt hodie esse abrogatam fatetur post Bald. Paul. Castrens. in. d. l. suus quoq;. nume. 4. Imol. in. l. fin. col. 6. ad fin. ff. de conditio. institu. Suarez in dict. l. quoniam. quinta ampliatione. Gregorius in. l. 11. tit. 4. part. 6. Anton. Gomez. 1. tomo Variarum cap. 11. nu. 29. & est recepta opinio teste Menchac. lib. 1. de succesio. creatio. §. 10. nu. 227. Emanuele Costa in cap. si pater. secunda parte. verbo, debitæ. num. 4.

138 Altera nunc quæstio insurgit, quæ vulgò non est reputata priore minor, an sicut suus hæres filius nō potest sub quacunque conditione institui, ne aliâs iniustum faciat patris testamentum: ita etiam nepos suus hæres sub potestatiua tantum conditione institui debeat. Quæ quidem quæstio iuribus dirimitur expresis: est tamen ob quorundam ignorantiam inanium argumentorum congerie in infinitum protracta, quibus satisfacere erit necessarium, ne si fuerint ob breuitatem prætermissa, calumniatoribus, inque aliena ingeniosis opu-

scula id vel negligētię vel imprudētiæ tribuendi præstetur occasio.

Et Accursius hic glossa magna, versiculo, quid autem de nepote. & in. d. l. suus quoq;. glos. 1. & in. l. sed si in conditione. 6. §. nepotes eodem tit. affirmatiuæ author est sententiæ, vt, scilicet, ad conditionē filij redacti nepotes, & qui iam suorū iura nacti sunt ità filijs exæquentur, vt eodem modo sint, quo filij instituendi, & ante Accurs. idē tenuerat Azon in summa huius ti. nu. 3. sequuntur Cinus hîc secunda col. quæstio. 5 Bar. in. d. l. suus quoque. ante num. primum, & in. d. §. nepotes, vbi Bald. & Paul. sequitur, & cōmunem dicit Salicet. hic nu. 9 communemq; etiā testantur Alex. nu. 8. Ias. 16. Dec. qui latè defendit nu. 14. & articulum ad vtranq; partem plenissime disputans Barber. nu. 257. Suarez in. d. l. qm̄. 4. amplia. Pro qua sententia adducūt ipsi tex. quē putant expressum in. l. posthumorū. ff. de iniusto rupto. vbi nepos quē pater præcedebat tēpore testamenti, debet hæres institui, vel nominatim exhæredari. Ergo multo magis ille, qui eo tēpore obtinebat primū locum patre sublato de medio, ac consequenter is nō poterit institui sub conditione casuali, vel mixta, quia tunc censeretur præteritus iuxta nostram legem. Deinde eandem sententiam euidēter aiunt confirmari ex tex. in Authētico. vt cū de appell. cognosc. §. aliud quo-

que

que capitulũ. coll.9. vbi quẽadmodũ præteritio filij nõ in potestate vitiat ipso iure testamentum: ita etiã præteritio nepotis primum locum obtinentis.

Sed tamen contraria sententia longè verior est, quam post Christopho. de Castellione & Benedict. de Plumbi. tenuerunt Fulgos. & Alex. hic nu.8. Imola in dict. l. suus quoque. in princ. num.3. & latè in l. fin. nu. 15. de condit. instit. Raphael Cuma. in dict. §. nepotes. Emanuel Costa in §. & quid si tantum. 3. par. nu. 60. Menchac. lib.1. de succesi. creatione. §.10. nu. 221. & illustriũ quæstionum cap.106. nu.5.

193 Pro qua sententia facit in primis responsum Vlpiani in dict. l. suus quoq;. de hæred. instit. qui sic scripsit. (Suus quoq; hæres sub omni conditione hæres potest institui: sed excipiendus est filius, quia non sub omni conditione institui potest.) Ecce docemur apertissimè, omnes suos hęredes preter filium posse institui sub quacunq; conditione.

Nec probari potest communis responsio existimantium, verbum illud (suus) accipiendum de suo potentialiter, qualis est nepos, quem pater præcedit: is enim adhuc suus hæres non est, nisi in potentia, vt, si pater remoueatur nepos in eius locum succedendo efficiatur suus hæres. §. ità demum, cum similib. Inst. de hæredita. quæ ab intest. defer. Et ità respondet Accurs. ibi glos.1. quẽ sequuntur Bald. Angel. & Paul. tradunt glos. Bar. & Paul. in dict. §. nepotes. Bald. hic nu.8. ad fin. receptũ asserit Ias. nu.16. defendit Deci. nu. 14. Suarez dicta quarta amplia. Fortun. in. §. & quid si tantum. nu.88. Nã hæc solutio sustineri nequit, cũ Iurisconsultus apertè loquatur de suo hærede, & à regula, quam proposuerat in principio, excipiat filiũ, quæ exceptio esset inepta, nisi regula intelligatur de vero suo hærede; & ex alijs communem hunc intellectum improbat Barber. nu. 262.

Secundò eandem sentẽtiam expressit Iurisconsult. in. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legitimis hæredibus his verbis. (Idem erit dicendũ, & si filius ex asse sub cõditione, quæ fuit in arbitrio illius, vel nepos sub omni conditione institutus, nõ impleta conditione decesserit.) Quibus verbis monstrat Vlpian. diuersam fuisse causam filiorum, & nepotum in hoc, cum illi sub conditione duntaxat, quæ ex eorum pendebat arbitrio, hi verò sub quacunque institui potuerint.

Deinceps, vt magis ac magis huius opinionis veritas elucescat, & superioris falsitas deprehendatur, adduco eundem Vlpian. qui in. l. 3. §. si sub ea. versic. sed & si nepos. ff. de bonorum posses. contra tabul. cum retulisset, quid iuris in emancipato sub non potestatiua conditione instituto, statutum sit, subijcit, idem esse in nepote sub ea conditione hærede scripto seruandum.

Deniq; ex eo euidentissime fulcitur

citur & stabilitur hæc sententia. Nã certum est secundi gradus liberos potuisse præteriri antiquo iure (ob cuius ignorantiam perniciose plerunq; à nostratibus erratum scio) id quod Iustinian. docuit in principio versic. sed non ità. instit. de exheredat. liber. & in. l. maximum vitiũ. C. de liberis preteritis. probat. l. Gallus. §. in omnibus. ff. de liber. & posthum. & alia iura, quorum intellectus prosequitur Costa dict. §. & quid si tantum. à nu. 26. Diuersissimum itaq; obseruatum fuit ius inter nepotes suos hæredes, & eos, qui nondum erãt sui. Quia illi, qui iam obtinebant primum locum præteriti testamentum iniustum facere debebant, ratione suitatis, quæ non datur in his cum ea prærogatiua, qua filijs, ac proinde non faciunt sicut filij testamentum iustum. Vbi tamen agnationis ratione rumpendum est testamentum, cum perinde agnascatur suus heres nepos ac suus heres filius par omnium conditio habetur, vt probat text. in. §. posthumi. Institut. de exheredat. liber. Vnde nondum sui tempore testamenti nepotes preteriti, posteà sui heredis iura nacti agnascendo rumpebant testamentum. Cum igitur ex his constet suos heredes nepotes omnino preteriri potuisse, apparet multo magis eos sub quacunque conditione impunè institui debuisse.

140 His sic perpensis facilis iam patet aditus ad eorum argumentorũ responsionem, quibus superior cõmunis sententia nitebatur. Nam lex, posthumorum, loquitur de his nepotibus, qui ex secũdo legis Velleiæ capite agnascuntur: hi enim quin preteriti testamẽtum rumpãt non negamus nos, aut diffitemur. Quod siquis subtiliter inquirat, quare hos posthumos nepotes, & illos, qui loco posthumorum sunt, cum non debuerint sub omni conditione institui, ne pendente adhuc conditione nascẽtes, aut quasi agnascendo succedentes testamentum euerterent, non exceperit ab illa sua regula Vlpian. in dict. l. suus quoq;. respondebo regulam de suis heredibus propositam hos posthumos, & quasi posthumos non comprehendere: vnde nullus fuit exceptioni locus, vt tradit Costa vbi suprà, nu. 63. Cessat ergo iam inanis labor eorũ, qui tentarũt dict. legi. posthumorum satisfacere, asserentiumq; dictionem, sicut, ibi non denotare omnimodam similitudinẽ, vt cernere licet ex Alex. hic nu. 8. Iasone. nu. 16. Barber. nu. 259.

Tandem ad dict. §. aliud quoq; capitulum. in promptu est solutio. Cum enim iam pridem ex Iustiniani constitutione in dict. l. maximũ vitium. filiorum ac filiarum liberorumque secundi gradus exequata esset conditio, dubium nõ est, quin eodem modo, quo filius, debeat nepos & institui, & nominatim exheredari.

141 Vnde constat hodie correctam illo-

illorum iurium decisionem, quę nepotem sub quacūq; conditione institui posse docent, licet cōtrarium affirmet Menchac. quæstionum illustrium, quæstione.106.num.5.ex eo, quòd tex.in dict.l. maximum vitium prohibet nepotem omnino præteriri, non vero eum sub difficili conditione institui. Sed non est recedendū à superiori sententia, quā tenuit Imola in dict.l.fin.col.fin.de condit.institut.& esse receptam testantur Iulius Clarus lib.3.receptarum sententiarum. §. testamētum. quæstione.39.nu.3.& Emanuel Costa in dict.§.& quid si tantum.3.parte nu.104. Nam ea ratione potuerunt filia & nepos olim institui sub omni conditione, quia poterant eo iure omnino præteriri: cū ergo hodie præteriri non possint, succedit doctrina glos. receptæ in præs. verbo, non videtur, quod is qui non potest præteriri, nō potest institui sub conditione fortuita, ne aliquo casu reperiatur præteritus.

Verū superioribus grauiter repugnat difficillimū responsum Vlpi.in.d.l.6.§.nepotes de hęredib.institu.qui apertè videtur innuere nepotes, qui tempore testamenti non obtinebant primum locum, posse institui sub omni conditione, etiā si postea ad filij conditionem redacti sint. Qua difficultate oppressus Emanuel.in §. & quid si tantum.4. parte. nu.43.delendam censet particulam, &, quod Accursij authoritate suadere contēdit dicens sensum talem futurum, vt nepotes à patre præcessi possint institui sub quacūque conditione, si mòdo iam tempore testamenti sint sui hæredes.

142 Sed certè excellentissimus ille præceptor meus Solisius etiam retēta particula, &, elegantem interpretationem eum text. recipere intellexit, vt velit Iurisconsultus duobus temporibus posse nepotes institui, sub omni conditione, quando, scilicet, à patre præcessi sunt, anteaquam agnascantur, & si iam agnati fuerint, & ad filij conditionem redacti, qui verus videtur illius.§.sensus. Et hæc pro huius legis explicatione attulisse sat sit.

FINIS.

IVRIS CIVILIS LOCA difficillima hisce commentarijs explicata sequenti reponuntur serie.

Ex Infortiato.

Ex. ff. Nouo.

Ex Codice.

Ex Authenticis.

FINIS.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm